



AMPLISSIMO PATRI D. THOMAE RUTHALLO EPI
SCOPO DVNELMENSI SERENISSIMI BRITAN
NIAE REGIS SECRETARIO MAGNO
ERASMVS ROTERODAMVS S.D.

MIRE VIDETVR euenisle, Praesul ornatissime, ut utriq; diuerso q
dem genere, sed tamen haud ita dissimilem militiam eodem tempore
militauerimus. Etenim dum tu primū regis uere inuitissimi fe
licibus auspicijs Gallos in fugam agis, deinde a castris in castra re
uersus, Scotorum regem, maximis & instructissimis copijs, in ditiōis tua finis
irrumpentem repellis, fundis, confundis, ego duos omnium optimos, sed om
nium depravatissimos autores, Diuum Hieronymū, & Senecam, a mendis, te
terrīmis uidelicet litterarum hostium, quibus haec tenus nō cōrāminati fuerāt,
sed prorsus extincti, summo studio uindicauit. Et milii cū geminis hostibus fuit
res. Nec usq; arbitror in uestris castris plus fuisse difficultatis, aut sudoris, q; mihi
fuerit in hoc negotio. Quanq; hoc etiam unico nomine, quod unus ipse dux
pariter ac miles, cum tot hostium milibus conseruā manū, iam nec strages in
hoc conficitur minor, q; in uestris prælijs. Nam aduersus Gallos, quo mitus cru
enta fuerit pugna, ciuitas hostium (nam quo potius appellē nominē) in cau
sa fuit, qui sic ad primum statim congressum, cessere melioribus, ut appareret
in hoc ipsum uenisse, quo ubiis prædam adducerent. Cæterum e Scotis inges
quidem contigit uictoria, nimirū ipso rege cum innumeris optimatis ca
si, & eo rege, qui gladiatorio (quod aiunt) animo, summam pernicie inuiera
Britannia moliretur. Verum ea cōtigit multo uestratum empta sanguine. At
ego unico confitu, supra quatuor hostium, imo portentorum, milia, iugulaui,
cōfodi, deleui. Tot enim, opinor, mēdas, uel ex uno Seneca suustuli. Adde quod
Scotus miles uix primos Britannice ditionis finis fuerat ingressus, & unicam
duntaxat occupat arcem, unde mox depulitus est. At totum Hieronymū, to
tumq; Senecam, multis iam saeculis infinitus mendarum numerus occuparat,
ut nihil usq; eslet reliquum, quod non ab hostibus teneretur. Atq; hac quidē in
re mihi pro gladio calamus fuit, pro Marte Musæ, pro copijs ingenium. Nec ul
lum alioquā auxiliū, in tantis rerum difficultatibus, prater duos uertustos codi
ces, quorum alterum exhibuit e sua bibliotheca, summus ille meorum studiorū
Moecenas, & incōparabile nostrī saeculi decus, Gulielmus Archiepiscopus Can
tuariensis, alterum, regium apud Cantabrigienseis collegium, suppetias mifit.
Sed utrunc; primum mutū, deinde uulgatus etiam exemplaribus mendos
orem, ut minus fidendum fuerit auxiliarius copijs, q; ipsis hostibus. Illud ta
men profuit, quod nō consentiebant errata, id, quod accidere necesse est in his
libris, qui ex eodem exemplari formulis excuditur. Proinde quemadmodum
aliquoties fit, ut peritus & attentus iudex, e multorum testium oratione, quoru
nemo tamen uerum dicat, rem colligat, ita nos e diuersis mendis ueram conie

cimus lectionem. Ad hanc permulta uelut olfecimus, ipsa litterarū & apicū secuti uestigia. In nonnullis diuinandum fuit, quanq̄ id quidem fecimus parcū, non ignari sacram esse rem, tantorum uirorum monumenta, & in his non modo circūspekte, uerum etiam religiose uersari oportere. Quapropter multa reliquim̄ alijs excutiea. Qua fallo Se neca titulum occuparant, ea non resecuimus quidem, ne quid a lectore defuderet, sed in extremum locum relegauimus. Cetera ordine cōmodiore digeſimus. Addidimus festiuſſimum pariter & eruditissimum libellum de morte Claudi, nuper in nostra reper-tum Germania, & eruditissimis Beati Rhenani scholijs explanatum. Atq̄ utinam exta-ret liber de terra motu, cuius ip̄e meminit in naturalibus questionibus, & alius item de matrimonio, cuius testimonij adducit Hieronymus, scribens aduersus Iouianum, ac ter-tius ille de superfitione, unde quadam ad uerbum recenter Augustinus in ope, cui titu-lus de ciuitate dei. Necq; uero me clara erat nullum esse laboris genus, quod plus adf-e-rat auctori molestia, gloria minus. Sic enim fructus omnis redit ad lectorem, ut nec feni-tiat beneficium emendatoris. Porro cum nihil magis pereat, q̄d quod confertur ingrato, tamen magis etiā perit officium, quod cōferit in non sentientē. Atq; id cū haud nesciremus, tamen hoc honoris duobus his habendū putauimus. Siquidē unū habemus Hiero-nymū, quem in diuinis litteris, Gracia quoq; possimus opponere. Quo si careamus, profecto non video, quem omnino pudicare possimus uere dignum Theologī nomine. Liceat modo uerum fateri. Et Senecam tanti fecit Diuus Hieronymus, ut hunc unū ex omnibus ethniciis in Catalogo scriptorum illustris recensuerit, nō tam ob epistolas illas Pauli ad Senecā, & Senecā ad Paulū (quas nec a Paulo, nec a Seneca scriptas, p̄be no-verat, uir naris emūtissima, tametsi ad auctoris cōmēdationē, hoc est abusus prætextu) q̄d quod hunc unū dignum iudicari, qui non Christianus a Christianis legeretur. Nihil enim huius praecepti sanctius. Tantog ardore hortat ad honesta, ut proflus appearat illum hoc egisse, quod praecepit. Solus hic animū auocat ad res celestes, erigit ad terrū uulgarū cōemptū, inserit odīs turpitudinis, inflāmat ad amore honesti. Deniq; melio rem dīmittit, quisq; hunc hoc animo sumplerit in manus, ut melior esse cupiat. Nec enī me magnopere conuenerit ueteres quorundam calumnia, quorum nemo tamen uitā ho-minis aulus est incessere, sed in dictione modo defuderant, nescio quid. Caligula Sene-ca oratione appellauit harenā sine calce. Sed idē Vergiliū & Liūiu ad eo contemptis, ut parū abfuerit, quin eorum imagines ex omnibus eraderet bibliothecis. Genus dicen-dī nō probat Quintilianus, sed ita uisuperat, ut summā pene tribuat laudē. Taxat hunc acrius A. Gellius, sed immodico quodam Ciceronis studio, Seneca q̄d par est, iniquior. Quanq; est, quod ipse quoq; mutari malum. Offendunt uerba quādam humiliora, & ali-cubi submolesta est senilis quādam loquacitas, tum ioci nōnūnq; procaciōres, epiphō-nemata suffrigida, sermonis impetus abruptus. Tum quod abunde sibi tribuit, alieni in- genij parum candidus aſtimator. Etenim in controuerſijs, dictū mirum, q̄d uix ullum p̄bet, q̄d multos uelut et sublimi derideat. Proinde exemplū illius in ipsum, ut sit, recidit, opinor. Verum quis unq; extitit auctor tam absolutus, ut nihil in eo requiretur? Tan-tum est in hoc sanctimonia, ut etiam si infantissimus esset, tamen legendus fuerit omni-bus, quibus est bene uiuendi studium. Tantū autem eloquentia, ut eloquentissimo illo faculo, inter eloquentia proceres haberetur, & pericitatetare Quintilianus, ne inuidere Seneca putaretur. Necq; uero me fugit, plurimū adhuc restituisse mēdari, sed quā sine ue-terum auxilio codicū submoueri, uix ab ipso poslent Seneca. Hic igitur tā salutaris au-tor, nostra industria quoad licuit restitutus, tui nominis auspicijs exhibit in lucem ornatisime præſul. Memini cum e caſtris ultramarinis in Angliam redisset, milii forte tum ob- uio nonnulli de Gallicanis manubij impertiūta benignitas, ut qui bellū fuerā expers, non essem tamen expers præda. Ego uicissim mea trophæa militia tibi dedico, confe-croq; te tot tuis prouocatis & officijs & beneficijs, uidear omnino tuorum in me ma-gnitudinem meritorum, uel diffimulare, uel non agnoscere, quorum alterum ingrati-dinis sit, alterum stuporis. Bene uale clarissime præſul. Basilea, Nonis Martijs. An-no salutis, M. D. XV.



Vm permulta sint, uel ad mores, uel ad institutionē uita, a sapientis simis hominibus præclare & scripta, & præcepta, quā nos ad rectam uiuendi rationē facile inflammare, atq; excitare debeant, uel præſta-tissimorū hominū autoritate, uel clarissimis exemplis adductos, ta-men nefcio quomodo obsurde fecimus, & in tot, tantisq; bonarū artū disciplinis, nihil p̄ſcietes, delicia quadā dormitamus, negq; id animū aduentus, quanto in honore, & immortali gloria semper floruerint hi, qui se totos ad ea studia cōtulerūt, quibus res secundas ornantur, & aduersa æquo animo feruntur, quales fuerūt hi, qui multa, quā uitam, aut meliore face-rent, aut beatam, non minus copioſe, q̄d grauiter conscriperunt. Hi uero cum in altissimas rerum cogitationes animū suum demitterent, animaduerterentq; hoc idem & alios ſape antea fecisse, qui sapientis nomen adepti sunt, existimat necſario a fe quoq; faciendo, ut non prius illa constituerent, q̄d ab eis fuſſent hominū mores, atq; urbium constituti, qui eū in his elaborarint, quibus perspectis, atq; cognitis, ex bonis meliores efficerētur, si quis sensus inferis, sane debent id grauiter, moleſtēq; ferre, cum intelligent se nihil uigilis suis, nihil curis, nihil deniq; cogitationibus tale quicq; peperit, atq; consecutus esse, quod ad horum temporū institutionē, disciplināq; proficeret. Heu metes ignaræ, o uana hominū cogitationes. Nihil enim bonum putamus, n̄iſi quod uulgī opinio iudicat, quod in fortunā temeritate positū est, & collocatum. Ea uero, quorū gradibus homines in cœlum ascēdisse phibētur, irrita atq; inanis putamus. Quo fit, ut cū inde usq; eiusmodi praua cogitationē per hominū mentes serpēt, res nostrā semper in peius collapsa sint. Creuit enim libido, ad aucta est avaricia, dominatur uoluptas, qua rationi inimica est, & mentis, ut ita dicam, præ-stringit oculos, ut quod uere bonum sit, nequeat internoscere, & sincera a fucatis discerne-re. Quæ cum ita sint uiri optimi, illud recte factum censeo, & in primis etiam, atq; etiā col-laudo, ut sapientissimorū hominū præceptis pareamus, ne scriptura cū ipsiſ uaneſcat au-toribus. Multi enim sunt ipsiſ accuratissime, ornatissimeq; confcripta, atq; illustrata, quā ſi prosequi uoluerimus, & fama, & immortali nos afficiet gloria. Quorum Solon & Socrates & Plato nobilissimi philosophi, principes extiterunt. Multi præterea alij & ipsi sapientes habiti, quos inter, hic, de quo uerba ſum facturus, Lucius Annaeus Seneca haud immerito cōmemorandus est. Cum enim omnis philosophia ratio foret a nostris ueteribus in treis partes diſtributa, naturalē uidelicet ſue physician, moralē, atq; in eam diſſerēdi ratio nem, quam dialecia uocant, illud certe conſtat, eam quoq; partem, quā de moribus erat ſummo ingenio & maxima cura Aristotelem ſuisse cōplexū, perfectissimeq; de eius par-tibus diſseruiffe. Nam cum illis ſuis Ethicis partem illam, quā monaſtīca dicitur, pſecifuer, ſeconomica ſunt ab eo, ſi fama credere est, tanta diligenter confcripta, ut neq; aptius, neq; ſanctius a quoq; in rem familiarem præcipi, conſcribi potuerit. Quo genere philoſophi, phādi nihil mihi uideri ſolet admirabilis, qđ in actionē magis, qđ in cognitionē reponitū ſit. Nam ſemper hoc animo fui, & mecum ſentire doctissimos homines ſape intellexi, nullā ex omnibus artibus, ac disciplinis elle, quā ſocietati hominū ad beate uiuendum magis ſit ne-cessaria, qđ hac una, que de ratione uiuendi extat. Cum igitur inter eos, qui in primis nu-merantur, facile omnī prīncipis in his exiftat Aristoteles, neminem tamē habeo, neq; ex nostris Latinis, neq; ex Gracis, quem ad rationem earum actionū, quas a bono viro expo-ſciunt, Lucio Seneca comparem. Vt enim uir ille ſummus Græcorum Aristoteles uirtu-tem constituit, ita hic noster Latinis, quales oportet ex uirtute actiones prodire, mira ex-hortatione demōstrauit. Non itaq; immerito diſcus, uitā magiſter ab omnibus noſtris etai-tis hominibus. Quippe, qui omnē philoſophiæ fructum in actione conſtituit, ut ei diſſic-ile ſit honeſte uiuere, qui huius adhortationes, ac præcepta nō legerit, quorum refertillimi ſunt omnes eius libri, quos cum legimus, quem philoſophum non contēnimus. Sed quo-niam de huius hominis cōtinētate, integratate, ac ſapientia nunq; ſatis dici poſſet, pauca de eius natione, uita, ac genere ſubſiētus. Lucius quidem Anneus Seneca, natione His-pa-nus, genere Cordubensis, profesione uero Stoicus, nō minus uita conſpicuus, qđ ſcientia præclarus extitit. Hic a Cneo Domitio Aenobarbo, qui cū Romano exercitu missus fue-rat ad expugnandam ualidissimā ciuitatem hispaniæ Cordubam, qua a Romanorū impe-rio dēſciuerat, captus cum duobus fratribus, lunio Anneo Gallione, & Lucio Anneo Mel-

la patre Lucani poeta, libertate donatus est. Hic se Romanum cum fratribus, ac nepote horatu Domitii potissimum contulit. Vbi tanto in honore ab omnibus habitus est, ut a nonnullis creditum sit Claudiū imperatorem inde causam indignationis, aut odij in Senecam traxisse. Proinde Claudiū, siue ab inuidis hominibus ita impulsus fuerit, siue natura uitio Senecā in Corsicā exilio relegauit. Cuius rei meminit idem in Octavia, quādō inquit. Quid me potens fortuna, fallaci mihi Blandita uult, sorte cōtentū mea. Alte extulisti, grauius ut iuere, edita Receptus arce, totq; perspicere mortus. Meliusq; latebat, pcul ab inuidia maiis Remotus, inter corsici rupes maris. Vbi liber animo, & sui iuris, mihi Semper uacabat, studea recolenti mea. Posteaq; uero Claudius morte affectus est Meffalinā uxore propter publicū ei⁹ pellicatū, sibi assumptū Agrippinā Germanicā filiam, olim Cnei Domitii uxore, & Neronis matrem. Hac a Claudio, Seneca restitucionem impetravit. Cui Neronis cura cū esset a Claudio, atq; Agrippina mandata, mortuo Claudio tantū eius potētia, atq; opes creuerunt, ut multoru inuidiam excitarent. Fuit enim cōsul, ac senator, & Neronis p̄aceptor, & diu apud eum potentissimus, ita ut q̄diu Nero pietatem simulauit, & optimi principis officio uisus fungi, nihil sine consilio Seneca ab imperatore transfergeretur, postea uero q̄ Pompeiam Sabinam quæstoriō patre natam, equiti Romano anteua nuptā, prius occiso uiro, iuſu eius duodecimo die post diuortitū Octavia, quam sub sterilitatis nomine abdicauit, in matrimoniu accepisse creditū est, ab hac muliere cōspiratū in mortem Senecā, siue quia Neronē sape conatus erat, ab amore huius mulieris retrahere, cum adhuc uiuente Octavia, ipsam in cocubinam haberet, siue quia sciebat non placere Seneca, quia cū Neronē diceret ac faceret. Quia re cognita, sapientissimus uir Seneca statuit a Neronē occī & quietem impetrare, & se profus ab omni proœcuratione ciuili, & curia abstineret, quo tutius or senectus eius foret. Octauit itaq; Neronem, ut omnes fortunas, & opes suas acciperet, & honores suos ad alterum deferret, tretus excusatione aduersa ualestudinis & senectutis sua, quae indies magis ingrauescebat. Peruagabatur itaq; rura Campaniā, & alia loca, urbā adiacentia, in qua uelut peregrinatione, bonam, magnāq; partem epistolarū ad Lucilium cōscriptis. Reuerlus forte illis diebus Seneca fuerat de Campania, ac in Nomētanū uillam suam diuerterat, ad quam Nero misit Sillanum tribunū prætoriā cohortis, cū iam aduersus rasceret, & circumedit uillam militib; intrauitq; domū Seneca, ubi inuenit eum coenam cum Paulina uxore, duobusq; amicis, cui Neronis mandata exposuit, in quibus continebatur, quod uel spontanea sibi mortem conciseret, uel quod ipse sibi constitueret mortis genus subiret. Causa uero mortis afferebatur, quod Seneca odio Neronis se ab urbe abduxerat, neq; amicis suis laborantibus aderat. Cui Seneca maxima animi constantia sic respōdit, neq; ab amicis absfuis, neq; quenq; ab se destitutum esse, aut negligetia, aut desidia, sed se pluris ocium suū facere, q̄ illius hominis amicitia, se olim alijs, modo sibi & cōtempłatione natura uacare, quod autē Neronē odio haberet, satis ei p̄suadum esse Neronē istā nō credere, proinde & de morte & uita ei⁹ ita statueret, ut sibi placuisse, se nihil habere, cur mortem optaret, neq; in morte quicq; mali cognoscere, cur ipse uitam desideraret, seq; iam eo peruenisse, ut neq; pro hac, neq; pro illa uotum illum Dij⁹ aut hominibus faceret. Tūc Sillanus, munita custodibus uilla & domo Seneca, reuerlus ad Neronē, cui, præsentē Pōi peia renunciavit, quæ fecisset, quæ re audita, interrogauit Nero Sillanū, quo uultu sibi ea a se nunciari audiūset, cui respondit se nullum in Seneca uidisse timoris uestigium. Remisit ergo Nero tribunū ad Senecā, ut ea maturaret quæ paulo ante sibi mandata essent. Sed tribunū ueritus in conspectum Senecā prōdīre, misit unū ex centurionibus suis, qui nun ciaret extremam necessitatim horam, quæ uerba uir sapientissimus, uultu & corde immobili audīuit, iussitq; sibi testamenti tabulas adferri. Sed ubi necessarios omnes & amicos suos agro nimis, & tracto animo mortem eius ferre uidit, couerit se ad eos, & tenens manu tabulas testamenti, allocutus est eos, & ibi in medio omniū multum habuit cum eis de uitute ac sapientia sermonē, egitq; pluribus uerbis gratias omnibus, quod, quia nondum satis cumulate pro magnitudine benevolentia eorum in se facere potuerat, dixit se uelle testamento eis legare, quod apud se gratiosius & pulchrius erat, quā rem si memoria tenerent, sibi famam laudabilium artū, atq; rerum retinerent. Illud autem ait esse uitæ suæ imagine, quo nō aliud significare uidebatur, q̄ ut uestigia uitæ suæ sequerentur. His dictis conuerit se ab amicis ad uxorē Paulinā, quæ præter ceteros qui aderant, dolore affecta, neq; corpore

pore, neq; animo constabat, quā suauissime complexus exhortatus, ut hanc mortis iniuria uili animo præferret, inquiens tempus illud iam uenisse, quo illa sanctissimā philosophiā sua præcepta iam nō disputatione, sed fortiter faciendo comprobaret, nullaque alia re melior rem posse immortalitatem consequi, q̄ ubi mori necesse esset, nō solum æquo animo, sed etiā aīn auido complecti. Quare, mea Paulina, caue hanc meam mortem amplius, ut contumeliam, defreas, ne uel te nimis amas, uel gloria mea inuidisse uidearis. Agens itaq; ī aīnum atatū sua prope centesimū decimū quartū, aut ultra, iussit uenas brachiorū incidi, & crurum, ut sanguis largior egredere, qui propter longā aītā in uenis cōgelatus exire non poterat. Qua re cum longius morte sibi prorogari uideret, rogauit Statū medicū, & amīcum suum, ut sibi uenenu daret præparatū, quod datum ad cor ex debilitate membrorum trāsire nō potuit. Fecit itaq; sibi fieri balneū de cōsilio Statū aquarū plus q̄ mediocriter calidarū, in quod cum intraslet, audita sunt uerba, līcet pauca ī aī uoce attenuata sua immortaliitate dignissima. Sentiens deinde mortem appropinquare, quo magis ostenderet eam sibi leuiores esse, nec homini timendam, primo uelut ridens suos circumspexit, deinde aquā illam accepit sanguine mixtam, & super se respersit, inquiens, Hic liquorē sanguine & aqua mixtum louti liberatori cōscero, per quem, ut arbitrio, uerum deum intelligens, quo dīcto paulo post migravit. Funus antem maximo cum honore a suis paratū fuit. Compositū autem cum in balneo esset sepulchri sui, ut creditur, epitaphiū, quod postea ī marmore īcīsum fuit. Cura, labor, meritum, sumptū pro munere honores, Itē, alias posthac sollicitate annas. Me procul a uobis deus euocat, illūc actis Rebus terrenis, hospita terra Vale, Coripus auara tamē solemnibus accipe faxis. Namq; animā cōelo reddimus, ossa tibi. De aītate vero Senecā potest illud coniūcī, eum ad centesimū decimū quartū annū, uel ultra potius peruenisse, q̄ citra stetisse. Dicit enim se potuisse uiuam uocem Ciceronis audiuisse. Verisimile igitur eum fuisse tunc rationis & doctrinæ capacem. Nam cum ea tempora mecum computo, quā a morte Ciceroni usq; ad mortem Senecā fluxerunt, illud notum omnibus minū subit, Ciceronem Marci Antonij iussū casum esse circa exordia principatus trium uitrorum, scilicet Octauij, Antonij, & Lepidi, illud constat Octauianū annos duodecim impreراسle cum Antonio, diuīlo tamen imperio. Vīcto autem Antonio, solus tenuit monarchiā orbis annos quadraginta quatuor, uel circa . Tyberius uero succēsīt Octauiano, & regnatūt is annos treis & uiginti. Huic succēsīt illa immanis fera. C. Caligula. Is imperauit annos treis, mēses decem, dies octo & decem, post quem Claudius imperauit annos quatuor & decem, mēses septem, dies octo & uiginti. Cui truculentissima bestia Nero succēsīt, adoptiuus Claudij filius, qui orbem terrarū, suo preſtis imperio annos treis & decem, mēses septem, dies nouem & uiginti, que tempora si conferantur in unum, constituent annos centū quai tuor & decem, dies treis. Mortuus autem Seneca anno undecimo imperij Neronis, bienium anteq; Petrus & Paulus martyrio coronarentur. Igitur a morte Ciceronis ad mortē Senecā fluxerunt anni centū, duodecim, uel prope modum. Nunc reliquū est uidere, qua aītate fuisse Seneca iuxta extrema Ciceronis tempora. Nam cum scribat se idoneum iam fuisse ad audiendum Ciceronis eloquentiā, nō alienū est arbitrari eum fuisse annorū duo, decim, qua re constet necesse est, Senecam annos centū quatuor & uiginti supergrediūt esse. Nō ergo mentiens sum, si ad centesimū & decimū quartū annū dixi Senecam aītate procelisse. Postremo sunt, qui afferant Seneca moralem autorē fuisse Tragediarū. Francisco Petrarcha in quadam epistola opus fuisse huius Senecā aperte confirmat. Bocatius uero negat, cui uir disertissimus Collucius assentitur hoc opus ascribens fratri Seneca, de qua quidēre non nostrum est iudicium ferre, quod adhuc sub iudice lis est, sed utcunq; sese res habeat, nos tamen quod institutum, aggrediamur.

Finis uita.

LVCII ANNEI SENECAE AD EBTIVM LIBERÄ
LEM DE BENEFICIIS LIBER PRIMVS.



INTER MVL TOS ac uarios errores, temere, inconsulte, usuentium nihil propemodum optime Liberalis dixerim nocentius, q̄d quod beneficia nec dare scimus, nec accipere. Sequitur enim, ut male collocata, male debeantur, de quibus nō redditis, Iero querimur. Ita enim perireunt, cū darentur. Nec mirum est inter plurima maximaq; uitia, nullum esse frequentius, q̄ ingrati animi. Id euenire ex pluribus causis video. Prima illa est, quod non eligimus dignos, quibus tribuanus, sed nomina facturi, diligenter patrimonium & uasa debitoris inquirimus. Semina in solū affectum & sterile non spargimus. Beneficia sine ullo delectu magis prōficiuntur q̄dam. Nec facile dixerim, utrum turpis sit inificari, an repeterere beneficium. Id enim genus huius crediti est, ex quo tantū recipiendū sit, quantū ultro defertur, de quo queri sōdissimū ob hoc ipsum, quia nō opus est ad liberandū fidem facultatibus, sed animo. Reddit enim beneficium, qui libenter debet. Sed cum sit in multis crimen, qui nec confessione quidē grati sunt, in nobis quoq; est. Multos enī experimur ingratis, plures facimus, quia alias graues exprobratores exactoresq; sumus, alias leues, & quos paulo post muneri sui poneant. Aliquando queruli & minima momēta calumniantes, gratiam corrūpimus omne, non tantū postq; dei mus beneficia, sed etiam cum damus. Quis enim nostrum contentus fuit, aut leuiter rogarī, aut semel? Quis non, cum aliquid a se peti suscipiat, frontem iobducit, uultum auertit, oc cupationes simulauit, longis sermonibus, & de industria non inuenientibus exitum, occasio nem petendi abstulit, & uarīs artibus properantes necessitates elusit? In angusto uero comprehensu, aut distulit, aut timide negauit, aut promisit, sed difficulter, sed subductis superci lijs, sed malignis, & uix exeuentibus verbis? Nemo autem libenter debet reddere, quod non accepit, sed expressit. Gratus aduersus eum quisq; esse potest, qui beneficium, aut superbe in fecit, aut iratus impedit, aut fatigatus, ut molesta careret, dedit? Errat si quis sperat responsu rum sibi, quem dilatione lassauit, expectatiōe toris? Eodem animo beneficium debetur, quo datur, & ideo non est negligenter dandum. Sibi enim quisq; debet, quod a nesciente accepit. Nec tarde quidē, quia in omni officio magni astimatur dantis uoluntas. Qui tarde fecit, diu noluit. Utq; non contumeliose. Nam cum ita natura coparatus sit, ut altius iniuria, quam merita descendant, & illa cito defluant, has tenax memoria custodiat, quid expectat, qui offendit, dum obligat? Satis aduersus illum gratius est, si quis beneficio eius ignoscit. Non est autē quod tardiores nos faciat, ad bene merendum, turba ingratorum. Nam primum (ut dixi) nos illa merita augemus, deinde ne deos quidē immortales ab hac tam effusa necessitate, sacrilegi, negligenter eorum deterrent. Ut vntur natura sua, & ipsos munerū suorum malos interpretes iuuant. Hos sequamur duces, quantum humana imbecillitas patitur. Demus beneficia nō feremus. Dignus est decipi, qui de recipiendo cogitauit, cum daret. At male cestit. Et liberi & coniuges sape sefellerunt, tamen & educamus & ducimus. Adeoq; aduersus experimenta pertinaces sumus, ut bella uicti, & naufragi maria repetamus. Quanto magis per manere in dandis beneficiis decet, quā si quis non dat quia nō recipit, dedit, ut recipere, bonamq; ingratorum facit cauam, quibus turpe est nō reddere. Quā multi indigni luce sunt, & tamen eis dies oritur. Quā multi quod nati sunt quaruntur, tamen natura sōbolem nouā gignit, ipsosq; qui nō fuisse malent, esse patitur. Hoc & magni animi, & boni propriū est, non fructum beneficiorum sequi, sed ipsa, & post malos quoq; bonum quarere. Quid magnificerat multis prodesse, si nemo decepitur? Tūc est uirtus dare beneficia, nō utiq; redditura, quo rū a uiro egregio statim fructus pceptus est. Adeo qd̄ ista res fugare nos, & pigriores ad re pulcherrimam facere non debet. Ut si spes mihi prædictatur, gratum hominē reperiendi, malum nō recipere beneficia q̄ nō dare. Quia qui non dat, uitium ingrati antecedit. Dicam quod sentio. Qui beneficium non reddit, non magis peccat, q̄ qui non dat citius.

DE BENEFICIIS EXHIBENDIS OMNIBVS.

Beneficium in uulgo cum largiri instaueris, remunerationem muneri non expecta. Perdenda sunt multa, ut semel ponas bene. Quasi dicat, Non est curandum, si multa perdantur, dūmodo aliquid bene detur. In priore uersu utrūq; reprehendas. Nam nec in uulgo effudenda sunt. Et nullius rei, beneficiorū minime, hone sta largitio

DE BENEFICIIS

sta largitio est, q̄pus si detraxeris iudicium, desinūt esse beneficia, & in aliud quodlibet in cīdunt nomine. Sequēs sensus mirificus est, q̄a uno bene posito beneficio, multo & amissio rū damna solat. Vide oro te, ne hoc uerius sit, & magnitudini bene facientis aptius, ut illū hortemur ad danda, etiā si nullū bene positurus est. Illud em̄ falsum est, pdenda sunt multa. Nullū perit, quia q̄ perdit, cōputauerat. Beneficiorū simplex ratio est, tantū erogatur, si reddet aliquid, lucru sī, si nō reddet, damnū nō est. Ego illud dedi, ut darē. Nemo beneficia in Calendario scribit. Nec auras exactor ad horā & diem creditore appellat. Nunq; illa uir bonus cogitat, nīsi admonitus a ridente. Alioqui in formā crediti trāscēt. Turpis foeneratio est, beneficū expensum ferre. Qualisq; priorum euētū est, p̄fue rā in aliis cōferre. Melius apud ingratos iacebunt, quos aut pudor, aut occasio, aut timidas aliquid gratos poterit efficer, nec cōfaueris dare. Opus tuū page, & partes boni uiri exequere. Aliū re, aliū fide, aliū gratia, aliū cōsilio, aliū p̄ceptis salutaribus adiuta.

Officia etiā fera sentiunt. Nec ullum tā immansuetū animal est, quod non cura mitiget, & in amorē sui uerat. Leonum ora a magistris impune tractant. Elephantū feritate usq; in seruile officiū demeret cibus. Adeo etiā, quā extra intellectū, atq; astimationē beneficij sunt posita, assiduitas tamē meriti p̄tina cis euincit. Ingratus est aduersus unū beneficium, aduersus alterū non erit, duorū oblitus est, tertīū etiā in eorum, quā exciderunt, memorīa reducit. Is pdidit, qui cito se pdidisse credit. At qui instat & onerat priora sequētibus, etiā ex duro & immemori p̄cōtore grātiam extundit. Nō audebit aduersus multa oculos attollere. Quocūq; se auertit, memoriā suā fugies, ibi se uideat. Beneficij suis illū cīnge, quoq; quā uis, quāque p̄prietatis sit, dicam, si prius, quā ad rem non p̄tinent, transilire miliū p̄miseris. Nūc dicam, quāre tres Gratiae, & quāre soores sint, & quāre manib; implexis, quāre ridentes, quāre iuuenes, & quāre uirgines, soluta ac placida ueste. Alij quidē uideri uolunt unā esse, quā det beneficium. Alterā, quā accipiat. Tertiā, quā reddat. Alij tria beneficiorū genera, p̄metentū, reddentū, simul & accipientū reddentūq;. Sed utrūlibet ex istis iudicauerim, quid ista nos iuuat scientia? Quid ille cōsertis manibus in se redeuntū chorus? Ob hoc, quā ordo beneficij p̄ manū trāscēt, nihilo minus ad dantem reuerit, & totius spe cīem perdit, si unq; interruptus est. Pulcherimū, si cohæserit, & uices seruauerit. Ideo ridentes, quā p̄merentū uultus hilares sunt, quales solent esse & q̄ dant, & qui accipiat beneficia, iuuenes, quia nō debet beneficiorū memoria senescere. Virgines, quia incor rupta sunt, & syncera, & omnibus sancta, in quibus nihil esse alligati decet, nec ascripti. Solutis itaq; tunicis utuntur, perlucidis ait, quia beneficia cōspici uolunt. Sit aliquis uel eo Gratij mancipatus, ut hæc dicat necessaria. Nemo tamē erit, qui etiā illud ad rem iudicet p̄tinere, quā nomia illis Hesiodus impoſuerit. Aelegū maximā natu appellauerit. Media Euphrosynē. Tertiā Thaliam. Ho & nominū interpretationē, & p̄ unicus uisum est cōuenire, deflectit, & ad rationē aliquā conā p̄ducere, cum Hesiodus puellis suis, quod uoluit nomē, impoſuerit. Itaq; Homerus uni mutauit, Pasithoū appellauit, & in matrimoniuū pduxit, ut scias illas Vestales nō ē uirgines. Inueniā aliū poetā, apud quē p̄acīngant, & sp̄issis, aut philiensis prodeant. Ergo & Mercurius restat. Non q̄a beneficia ratio cōmedat, uel oratio, sed quia p̄ictori ita uisum est. Chrysippus quoq; penes quē subtile illud acumen est, & in imā penetrans ueritatem, qui rei agenda caula loquitur, & uerbis nō ultra, q̄ ad intellectū satis est, uititor, totū librū suū his ineptrijs replet, ita ut de ratione dandi, accipendi, reddēdiq; beneficij, pauca admodū dicat. Nec his fabulas, sed hac fabulis inserit. Nā prater ista, quā Hecaton scribit, treis Chrysippus Gratias ait Louis & Eurynomes filias esse. Aetate autē mīniores q̄ Horas, sed meliūcula facie, & ideo Veneri datae comites. Matris quoq; nomē ad re iudicat p̄tinere. Eurynome em̄ dicta, q̄a late patentis matrimonij sit, beneficia diuidere, tanq; matris post filias soleat nō men imponi, aut poeta uera nomina reddat. Quēadmodū nomenclatori memoria loca audacia est, & cuiuscūq; nomē nō potest reddere, imponit aliud loco nominis p̄prij. Ita poeta nō putat ad rem p̄tinere, uerum dicere, sed aut necessitate coacti, aut decorē corrupti, id quēc uocari iubent, quod belle facit ad uerum. Nec illis fraudi est, si aliqd in cēsum detulerit. Proximus em̄ poeta suū illas ferre nomē iubet. Hoc ut scias ita esse, ecce Thalia, de qua cū maxime agit, apud Hesiodū Charis est, apud Homerū uero Musa,

Aliū staringe

Aliū astricli

*

Sed ne faciam, quod reprehendo, omnia ista, quae ita extra rem sunt, ut nec circa re quidem sint, relinqua. Tu modo nos tuere. Si quis mihi obiecerit, quod Chrysippus in ordinem coegerim, magnum me Hercule uirum, sed tamen Gracum, cuius acumen nimis tenue retundit, & in se sape replicatur, etiam cum agere aliquid uideatur, pungit, non perforat. Hoc uero, quod acutum est: De beneficiis descendit est, & ordinata res, quae maxime societatem humanam alligat. Danda lex uita, ne sub specie benignitatis inconsulta faciliter placeat. Ne liberalitate, quae nec deesse oportet, nec superfluere, hac ipsa observatione restringat, dum temperat. Docendi sunt libenter accipere, libenter dare, sive reddere, & magnum ipsis certame proponere eos, quibus obligari sunt re, animo non tamen require, sed uincere. Quia qui referre gratiam debet, nunc consequitur, nisi precessit. Hoc docendi sunt nihil imputare, illi plus debere. Et haec honestissima contentio est, beneficis beneficia uincendi. Sic nos adhortatur Chrysippus, ut dicat uerendum esse, ne quia Charites Iouis filiae sunt, putemus certe paruum ingenerare sacrilegii, si tam bellis puellis fui at iniuria. Tu me aliquid eorum doce, per quae beneficiorum, gratiorum aduersus bene me rentes sian, per quae obligantium, obligatorumque animi certent. Vt qui praeſtiterint, obliuiscantur, pertinaxque sit memoria debentum. Ita uero ineptiæ poetis relinquant, quibus aures oblectare propositum est, & dulcem fabulæ nectere. At qui ingenta sanare, & propria fidem in rebus humanis retinere, memoria officiorum ingerere animis uolunt, serio loquantur, & magnis uiribus agant, nisi forte existimas leui ac fabuloso sermone, & anilibus argumentis prohiberi posse rem perniciemissimam, beneficiorum nouas tabulas.

Sed quoadmodum supuacua transcurra, ita expona necesse est, hoc primam nobis esse descendit, quid accepto beneficio debeamus. Debere enim dicit se alius pecuniam, quae accepit. Alius consulatum, alius sacerdotium, alius prouinciam. Ita autem sunt meritos signa, non merita. Non potest beneficium manu tangi, sed animo geri. Multum interest inter materiam beneficij, & beneficium. Itaque nec aurum, nec argentum, nec gessum eorum quae a proximis accipiuntur, beneficium est, sed ipsa tribuendi voluntas. Imperiti autem id, quod oculis incurrit, & quod traditur, possideturque, solum notat, contra illud, quod in recharsi atque preciosum est, parvus pendit. Itaque quae tenemus, quae aspiciimus, in quibus cupidas nostra haeret, caduca sunt. Auferre ea nobis, & fortuna, & iniuria potest. Beneficium uero etiam amissio eo per quod datum est, durat. Est enim recte factum, quod irritu nulla uis efficit. Amicum a pyratis redemi, huc alius hostis exceptit, & in carcere condidit, non beneficium, sed usum beneficij mei sustulit. Ex naufragio raptos, uel ex incendio, liberos reddidi. Hos uel morbus, uel aliqua fortuita iniuria eripuit. Manet etiam sine illis, quod in illos datum est. Omnia itaque, quae falsum beneficium nomine usurpat, ministeria sunt, quae se uolunt amica explicat. Hoc quoque in alijs rebus evenit, ut aliquibus sit species rei, aliquibus ipsa res. Impator aliquando toribus, murali, & ciuica donat. Quid habet pro se corona preciosum? Quid praetexta? Quid fasces? Quid tribunal & curris? Nihil horum honor, sed honoris insignis. Sic non est beneficium, quod sub oculis uenit, sed beneficium vestimentum & nota.

Vid est ergo beneficium: Beneuola actio, tribunes gaudium, capientes tribuendo, in id, quod facit, prona & sponte sua parata. Itaque non quod fiat, aut quod det, refert, sed qua mente. Quia beneficium non in eo, quod fit, aut dat, consistit, sed in ipso dantis, aut facientis animo. Magnum autem esse inter ista discrimen, uel ex hoc interligas licet, quod beneficium utique bonum est. Id autem, quod fit, aut dat, nec bonus, nec malus est. Animus est, quae parua extollit, sordida illustrat, magna & in precio habita dehonestat. Ista, quae appetunt, neutram naturam habet, nec boni, nec mali. Id refert quo illa rector animus impellat, a quo forma dat rebus. Non est ergo beneficium ipsum, quod numerat, aut tradit. Sicut nec in uitium quidem, licet opima sint, auroque præfulgent, deoque est honor, sed pia ac recta uoluntas uenerantur. Itaque boni etiam farre ac scilicet religiosi sunt. Mali rursus non effugiant impietatem, quibus aras sanguine multo cruentauerint.

Si beneficia in rebus, non in ipsa beneficiendi voluntate consistenter, eo maiora essent, quo maiora sunt, quae accipimus. Id autem falsum est. Non enim nos obligat, qui dedit parua magnifice, qui regum aqua uuit opes animo, qui exiguum trahit, sed libenter, quae paupertatis sua oblitus est, dum mea respicit, qui non uoluntate tantum iuuandi habuit, sed cupiditate, quae accipere se putauit beneficium, cum daret. Qui de-

dit tanquam non recepturus, recipit tanquam non dedisset, qui occasione qua prodebet, & occupauit & qualiuit. Cetera ingrata sunt (ut dixi) licet re ac specie magna uideant, quae dannata aut extorquent, aut excidit. Multo gratius uenit, quod faciliter, quam quod plena manus datur. Exiguum est, quod in me contulit, sed amplius non potuit. At hic quod dedit magnum est, sed dubitauit, sed distulit, sed cum daret gemuit, sed superbe dedit, sed circumstulit, & placere ei, cui præstatbat, noluit, ambitione dedit, non mihi.

Socrati cum multa pro suis quisque facultatibus offerrent. Aeschynes paupertator. Nihil inquit dignum esse, quod dare tibi possum, inuenio, & hoc uno modo pauperem esse sentio. Itaque dono tibi quod unum habebo, meipsum. Hoc munus rogo qualiterque est boni consulas. Cogiteque alios cum multum tibi darent, plus sibi reliquisse. Cui Socrates. Quid tu inquit, mihi magnum munus dederis, nisi forte paruo te asti mas? Habebo itaque curae, ut te meliore tibi reddamque acceperis. Vicit Aeschynes hoc munus re Alcibiadis pare diuinitus animum, & omnium iuuuentus opulentiorum munificientia.

Vides quo animus inueniat liberalitatis materiam, etiam inter angustias paupertatis. Vide mihi dixisse. Nihil egisti fortuna, quod me pauperem esse uoluisti. Expedi nihilominus dignum huic uiro munus, & quia de tuo non possum, de meo dabo. Neque est quod aeternis illi uilem sibi fuisse, qui se precius sui fecit. Ingeniosus adulescens inuenit, quemadmodum Socrates sibi daret. Non quanta quaeruntur, sed a quibus dentur preſpicis, dum callidus difficultate aditum præbet, immodica cupientibus, spesque improbas nihil se adiuturis verbis souet. At eius peior est opinio, quod lingua aspera, uultu gravis, cui iniuria fortuna sua explicabitur. Colunt enim detectantque felicem, & si potuerint, eadem facturi, odore facient. Cœtiq;ibus alienis nec clam, sed aperte quidem ludibri habitus, sicut alijs punitere. Rusticus, in humatus, ac maliuolus, & inter matronas abominanda conditionis est, si quis coniuge sua in sella prostare uetus, & uulgo admisis inspectori bus uehi undique plicat. Si quis nulla se amica fecit insigni, nec alienam uxori anulum præstat, hunc matrona humili, & sordida libidinosa, & ancillarioli uocat. Indecetissimum sponsaliorum genus est adulterio, & in consensu uiduorum coelibatus. Nemo uxore duxit, nisi qui abduxit iam raptam. Agros spargere, auariciam recolligere certant. Nihil penitus habere, paupertate aliena contenerem, suamque timere. Nullum aliud uereti malum, non parcere in iuriis, perturbare imbecilliores, ut ac metu premere. Nam priuincias spoliari, & nummaria tribunal, audita utriga lictuatio alteri addicci, non mirum. Quidam quae emeris, uende-

Sed longius nos imperius uechit, puocante materia. Itaque sic re gentium ius est, finiamus, ne in nostro sæculo culpa subsistat. Hoc maiores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querent, eueros esse mores, regnare nequitiæ, in deterioris res humanas, & in omni nefas labi. Aut ista stant loco eodem, stabuntque paululum dumtaxat ultra aut citro mota, ut fluctus quos astus accedens longius extulit, recedens interiori littoro uelutio tenuit. Nunc in adulteria magis quam in alia peccabunt, abrupetque frenos pudicitia. Nunc conuiciosque uigebit furor, & fecundissimum patrimonium orum exitum culina. Nunc cultus corporum nimius & forma cura, præferens animi deformitatem. Nunc in petulantia & audaciā erumpit, male dispensata libertas. Nunc in crudelitate priuatam ac publicam ibit, bellorumque ciuilium infaniam, qua omne sanctum, ac sacrum prophaneat. Habetur aliquando ebrietati honor, & plurimum meri copiæ uirtutis erit. Non expectant uno loca uitia, sed mobilia & inter se dissidentientia tumultuantur, perlunt inuicem, fuganturque. Ceterum idem tempore nobis pronunciare debebimus, malos esse nos, malos fuisse, inuitus ad iugicium, & futuros esse. Erunt homicidæ, tyranni, fures, adulteri, raptore, sacrilegi, pditores. Infra ista omnia ingratuuntur, nisi quae omnia ista ab ingratu anno sunt, sine quo uix ullum magnum facinus accreuit. Hoc tu caue tanquam maximum crimen, ne admittas. Ignoscere tanquam levissimo, si admittimus est. Hoc est enim iniuria summa. Beneficium perdidi. Salutem est enim tibi ex illo, quod est optimum, dedisti. Quemadmodum autem curandum, ut in eos portulorum beneficia cōferamus quae grate responsuri erunt, ita quædam etiam, si de illis male sperabis, faciem tribum usq; nō soli si iudicabim' ingratos fore, sed si sciem' fuisse, tanquam si filios alicui restituere potero, magno piculo liberatos, sine ullo cōmodo non dubito. Dignum etiam impēdīo sanguinis mei tuebor, & in pte discriminis ueniam. Indignum est emere latronibus potero, clamore elato, salutare uocem homini non pigebit emittere,

Quae beneficia

Quæ beneficia danda sint, & quemadmodum:

Sequitur ut dicamus quæ beneficia danda sint, & quæ admodum. Primo demus necesse sara, deinde utilia, deinde iustitia atque mansura. Incipiendo est autem a necessariis. Alter enim ad animum puenit, quod uitæ continet. Aliter quod exornat, aut instruit. Potest in eo aliquis fastidiosus esse estimator, quo facile caritatus est, de quo diceatur licet. Recipe ne desidero, meo contentus sum, interim non reddere tantum libet quod accepisti, sed abjecere. Ex his quæ necessaria sunt, quedam primū obtinent locum, sine quibus non possumus uiuere, quedam secundum, sine quibus non debemus, quedam uero tertium, sine quibus nolumus. Prima huius nota sunt. Hostium manib[us] eripi, & tyranica ira, & proscriptio[n]i, & alijs piculis, quæ uaria & incerta humana uitæ obsidunt. Quicquid h[oc] descripserimus, quo maius ac terribilis erit, hoc maiore inibimus gratia. Subi[em] cogitatio quæatis sicut liberati malis, & lenociniis est muneri, antecedens metus. Nec tam[en] ideo debemus tardius quæcumque seruare, quæ possumus, ut muneri nostro, timor imponat pondus. Proxima ab his sunt sine quibus postum quidem uiuere, sed ut mors potior sit, tanquam libertas & pudicitia, & mens bona. Post haec habebim[us] coniunctione, ac fanguine, usq[ue]c, & consuetudine longa, cara, ut liberos, coiuges, & penates, ceteraque quæ usq[ue] eo animi sibi applicuit, ut ab illis quæ uita diueli grauius existimat. Subsequunt utilia, quos uaria & lata materia est. Hic erit pecunia non superflua, sed ad sanum modum habendi parata. Hic erit honor & p[ro]cessus ad altiora tendentius. Nec em[us] utilius quicunque est quæ sibi utilis fieri. Iam cetera ex abundantia ueniunt, delicatos factura. In his sequemur, ut opportunitate grata sint, ut non uulgaria, quæcumque aut pauci haberint, aut pauci intra hanc atatem habent, aut quæ etiam si natura præciola non sunt tpe aut loco siant. Videamus quod oblatum maxime uoluptati futurum sit, quod frequenter occursum habenti, ut toties nobiscum sit ipse habens, quoties cum illo sit. Utique cauebitus, ne munera supuacua mittamus, ut scemina aut seni arma uenatoria, aut rustico libros, aut studijs ac literis dedito rata. Atque ex contraria circumspiciemus, ne dum grata mittere uolumus, sicut cuius morborum exprobratura mittam, sicut ebriosu[m] uina, & ualitu[m] dinariorum medicamenta. Maledictum enim incipit esse non munus, in quo uitium accipientis agnoscit, nime mortale munus sit. Pauci enim sunt tam grati, ut quod accepterint, etiam si non uident, cogitent. Ingratias quoque memoria cum ipso munere incurrit. Vbi ante oculos est, & obliuisci sui non sinit, sed auctor suuingerit, & inculcat. Eo quidem magis duxatura queram, quia nunquam admoneere debemus. Ipla res euangelente memoria excitet. Libentius donabo argentum factum, quæ signatum. Libentius statuas, quæ ueste, & quæ usus breuis deleat, apud paucos post remanet gratia. Plures sunt apud quos non diutius in anno sunt donata, quæ in usu. Ergo si fieri potest, consumi munus mei nolo. Exter, hæreat amico meo, & uiuat. Nemo tam stultus est, ut monedula sit, ne cui gladiatores aut uenatione iam munere edito mittat, & uestimenta altiu[m] bruma, hyberna solsticio. Sic in beneficio sensus communis, tēpus, locū obseruer, ploras, quia momētus quedam grata & ingrata sunt. Quāto acceptius est si id damus, quod quis non habet, quæ cuīs copia abundat. Quod diu querit nec inueniunt, quod ubiq[ue] uisurus est. Munera non tam præciofa, quæ rara, & exquisita sint. Quæ etiam apud diutius sui locū faciunt, sicut gregalia quæcumque poma, etiam post paucos dies ita in fastidio delectant, si puenere maturius. Illa quoque non erunt sine honore, quia aut

Alexandro macedone, cum uictori ori- (nemo illis alius dedit, aut nos nulli alijs. entis, annos supra humana tolleret, Corinthij legatos gratulati sunt, & ciuitate illi sua donauerūt. Cum risisset Alexander hoc officij genus. Vnus ex legatis. Nulli inquit ciuitate unquam dedimus alij, quæ tibi & Herculi. Libens acceptip de latu[m] honore, & legatos inuitatione, aliaq[ue] huiu[m]itate, p[ro]secutus, cogitauit, non qui sibi ciuitate darent, sed cui dedit. Et hoc glorie deditus, cuius nec natura, nec modus nouerat. Hercules liberiq[ue] uestigia sequeb[us], ac ne ibi quidem resisteat, ubi illa defecerat, ad sociū honoris sui respexit a dantibus, tanquam quod mente uaniissima cōpletebat teneret, quæ Hercules aquabat. Quid enim simile habebat uelutus adullescens, cui pro ueritate erat felix temeritas? Hercules nihil sibi uicit, orbem terrarum transiit, non concupiscentio, sed uindicando. Quid uinceret malorum hostis, bonorum iudeo, terrarum marisq[ue] pacator. At h[oc] a pueritia Latro, gentiumq[ue] uastator, tam hostium pernicies, quæ amicorum,

corum, qui summum bonum duceret, terrori esset cunctis mortalibus, oblitus non ferocissima tantum, sed ignauissima quoque animalia timeri, ob uirus malum.

Ad propositum nunc reuertarum. Beneficiū quod quibuslibet datur, nulli gratum est. Nemo se stabulari, aut caponis hospitem iudicat, nec conuia danis epulum. Vbi dīci potest. Quid enim in me contulit? Nempe hoc quod in illum, & uix bene notum sibi, & in illum etiam inimici, ac turpissemū hominem. Nū quid enim me dignum iudicauit? Morbo suo morem gesit. Quod uoles gratum esse, raro effice. Quis patitur sibi imputari? Nemo h[oc] ita interpretetur, tanquam re[re]ducam liberalitatem, & frānis arctioribus reprimam. Illa enim in quatum libet, exeat, sed eat, non erret. Licit ita largiri, ut unusquisque etiam si cum multis accepit, in populo se esse non putet. Nemo nō habeat aliquam familiarem notam, per quam speret se propius admisimus. Dicat, accepi idem quod ille, sed ultro. Accepi quod ille, sed ego intra breve tempus, cū ille diu meruisset. Sunt, qui idem habent, sed nō eisdē uerbis datū, nō eadem comitate tribuentis. Ille accepit, cū rogasset, ego cū rogare ille accepit, sed facile redditurus, sed cuius senectus & liberoru[m] orbitas magna permittet. Mihi plus dedit, quipus idē dederit, quia sine spe recipi dedit. Quemadmodū meretrix, ita inter multos se diuidet, ut nemo non aliquod signū familiaris animi ferat. Ita q[uod] beneficia sua amabilia uult esse, excogitat, quō multi obligent, & tamē singuli habent aliquid, quo se ceteris praferant. Ego uero beneficijs nō obiecta moras, quæ quo plura, maioraque fuerint, plus afferent laudes. Adsit tamē iudicatu. Neq[ue] em cordi esse cuius possunt, forte, ac temere data. Quare si quis existimat nos, cum ista percipimus, benignitatis fines introrsus reserre, & illi minus laxum limitem aperire, ne perperā monitiones nostras exaudit. Quā enī virtutem magis ueneramur. Cui magis stimulos addimus? Quibus nō tam couenit hac adhortatio quæ nobis, societate humani generis sancientibus.

Hoc loco reddendum est Epicuro testimoniu, qui assidue querit, quod aduersus præterita simus ingrati, quod quæcūq; perceperimus bona, non in memoriam reducamus, nec inter uoluptates numeremus. Cum certior nulla sit uoluptas, q; qua iam eripi non potest. Præstant bona nōdum tota insolido sunt, potest illa casus aliquis incidere. Futura p̄dēt, & incerta sunt. Quod prætererit, inter tutu se/ positum est. Quomodo gratus quicq; esse aduersus beneficia potest, qui omnē uitā suā transtulit. Pralentium intutus, ac præteriorum memoria gratum facit. Memoria mi- nimum tribuit, quisquis spei plurimum.

Quemadmodū mi Liberalis quædam res semel percepta harent, quædā ut sci as, non est satis didicisse. (Intercidit enim eorū sc̄ientia, nisi contineatur) Geometriā dico & sublimiū cursum, & siqua alia propter subtilitatem lubrica sūt, ita beneficia quædam magnitudo non patitur excidere. Quædā minora, sed numero plurima, & temporibus diuersa effluunt. Quia (ut dixi) non sub inde illa tractamus, nec libenter quid cuiq; debeamus, cognoscimus. Audi uoces peten tiū. Nemo non uicturam semper in animo suo memoriam dixit. Nemo nō deditū se & deuotum professus est. Et si quod alius humilius uerbū, quo se opp̄gnoraret, inuenit. Post exigū tēpus idem illi uerba priora quasi sordida, & parum libera cuitant, perue niuit deinde eo, quo, ut ego existimō, pessimus quicq; atq; ingratisimus puenit, ut obli uiscant. Adeo tamē ingratu est, qui oblitus est, ut gratus, cui beneficiū in mentē uenit.

Hoc tamē inuisum uitium, an impunitum esse debeat, queritur. Et an hæc lex, quæ in scholis exercetur, etiam in ciuitate ponenda sit: quæ ingrati dāt actio, quæ uidetur aqua omnibus. Quid nī cum urbes quoq; urbibus, quæ præstite re exprobrent, & a maioribus collata, a posteris exigat. Nostrī maiores maxi mis cilicet uirū ab hostiis tantū expetierunt beneficia, magno animo dabant, magno perdebat. Excepta Macedonū gente, non est in ullam data aduersus ingratum actio. Magnumq; hoc argumentū dandum non fuisse, quia aduersus maleficium omne consenimus, & homicidij, ueneficij, parricidij, uiolatarum regionū, aliubi atq; aliubi diuer sa poena est, sed ubiq; aliqua. Hoc frequentissimum crimen nusquam punitur. Vbiq; impro batur. Nec absoluimus illud. Sed cum difficultis eset incertæ rei aestimatio, tantū odio damnauius, & inter ea relinquiūs † quæ ad uindicēs deos admittimus.

al. ad que del mittim⁹
pro admittimus.

Rationes autem multæ mihi occurruunt, propter quas crīmē hoc in legem ca dere nō debeat. Prīmū omniū pars optimā beneficij perijt, si actio, sicut cer tæ pecunia, aut ex condicto, aut ex locato datur. Hoc enim speciosissimum est in illo, quod dedimus uel perditū, quod totum permisimus accipientiū arbitrio. Si appello, si ad iudicem uoco, incipit non beneficiū esse, sed creditum: Deinde, cum res honestissima sit referre gratiam, desinit esse honesta, si necessaria est. Non magis laudabit quicq; gratum hominē, q; eum, qui depositum reddidit, aut quod debet, extra iudicem solvit. Ita duas res, quibus in uita humana nihil pulchrissim⁹ est, corū pūtūs. Gratum hominē, & beneficium. Quid enim aut in hoc magnificū est, si beneficiū non dat, sed cōmodat? aut in illo qui reddit, non quia uult, sed quia necesse est? Nō est gloriōsa res gratum esse, nisi tutum est, ingratiū fuisse. Adiūce nunc, quod huic unī legi omnia forū uix sufficient. Quis erit, qui non agat, quis, cum quo non agatur? Omnes ita extollunt, omnes etiam minima, quæ in alios contulere dilatant. Prætereō quæcūq; in cognitione cadunt, comprehendit posunt, & non dare infinitā licentia iudici. Ideo melior uidetur conditio causa bona, si ad iudicem, q; ad arbitrum mittitur. Quia illū for mula includit, & certos, quos non excedat terminos, ponit. Huius libera, & nulla astri cta uinculis religio, & detrahere aliquid potest, & adjūcere, & sententiā suam nō prouit lex, ut iustitia suadet, sed p̄mit humanitas, aut misericordia impulit, regere. Ingrati actio non erat

far. citra fu dicium.

nō erat iudicem alligatura, sed regno liberrimo positura. Quid sit enim beneficū nō cō stat, deinde quantūcū sit, refert q; benigne illud interpretetur iudex. Quid sit ingratus, nulla lex mōstrat. Sape & qui reddidit quod accepit, ingratus est, & qui nō reddidit, gra tus. De quibus etiam imperitus iudex dimittere tabellam potest: ubi fecisse, aut non fe cisile pronunciandū est, ubi prolatis cautionib; controversia tollitur, ubi inter disputan tes ratio ius dicit. Vbi uero animi coniectura capienda est, ubi id, de quo sola sapientia de cernit, in cōtrouerſiam incidit, nō potest ad hæc sumi iudex ex turba electorum, quem census in album, & equestris hereditas misit.

Itaq; nō hæc parū idonea res uisa est, quæ deducere ad iudicem, sed nec huic rei satis idoneus iudex inuentus est, quod non admiraberis, si excusseris, quid habitu rus fuerit difficultatis, quisquis in eiusmodi regnū exisset. Donauit alius magnā pecuniam, sed diues, sed non sensurus impecūnium. Donauit alius, sed toto patrimo nio ccessus. Summa eadem est, beneficium idem non est. Erā nūc adiūce. Hic pecu nia pro addicō dependit, sed cum illam domo protulisset, ille dedit eādem, sed mutu am sumpsit, aut rogauit, & se obligari ingenti merito passus est. Eodem existimas loco es se illum, qui beneficium ex facili largitus est, & hūc, qui accepit, ut daret. Tempore quædam magna fluit, non lumina. Beneficū est donata possessio, cuius fertilitas laxare pos sit annonam. Beneficū est, unus in famē panis. Beneficū est, donare regiones, p̄ quas multa flumina & nauigabiliū decurrant. Beneficū est, arietibus siti, & uix spiritū per sic cas fauces ducētibus monstrare fontem. Quis inter se ista comparabit? Quis expēdet? Difficilis est sententia, quæ non rem, sed uim requirit. Eadem licet sint aliter data, nō idē pendent. Dedit mihi hīc beneficium, sed non libenter, sed dedisse se quaestus est, sed superbus me q; solebat, aspexit, sed tam tarde dedit, ut plus praestaturus fuerit, si cito negasset. Horum quomodo iudex inibit estimationem, cum sermo & dubitatio, & uultus meriti gratiam destruant.

Vid quod quædam beneficia uocantur, quia nimis concupiscuntur: quædam non sunt ex hac uulgari nota, sed maiora, etiā si minus apparent. Beneficū uo cas deditis potētis populi ciuitatem, in quatuordecim gradus deduxisse, & defendisse capitū reū, quid utilia suāsisse, quid retinuisse, ne in scelus rueret, quid gladiū excusissime moritorū, quid efficacibus remedis refocillasse lu gentem, & quod defuderat uolentem sequi, & auidē consilium reduxisse. Quid asse dīsse argō, & cum ualētudo eius, ac salus, momentis confaret, excepsisse idonea cibi tēpora, & cadentes uenas uino refecisse, & medicum adduxisse morienti? Hæc quis exti mabit? quis similibus beneficijs iubebit beneficia pēsat? Donauit tibi domum, sed ego tuam supra te ruere prædixi. Dedit tibi patrimoniu, sed ego naufrago tabulam. Pugnat uit pro te, & uulnera excepit. At ego uitam tibi silentio dedi. Cum aliter beneficium dei tur, aliter reddatur, paria facere difficile est.

Dies præterea beneficio reddendo non dicitur, sicut pecunia credita. Itaq; pos test, qui nondum reddidit, reddere. Dic enim, intra quod tempus deprehensi datur ingratus. Maxima beneficia probationem non habent. Sape intrā ta citam duorū cōscientiā latent. An hoc indicimus, ut nunc demus beneficia si ne teste? Quā deinde poenā ingratis cōstituamus: una omib; cum dispartia beneficia sint, inaequales, & p̄ cuiuslibet beneficio maiore, aut minore? Age, intra pecunia uersabilis taxatio. Quid, quod quædam beneficia uita sunt, & maiora uita? His quæ pronunciabitur poena? minor beneficij? Iniqua est poena & capitalis. Quid inhumanius, q; crūetos esse beneficiorum exitus?

Vadām, inquit, priuilegia parentibus data sunt. Quomodo horū extra ordinem habita ratio est, sic aliorū quoq; beneficiorū haberī debet. Parentū cōdītionē sacraūmis, quia expediebat liberos tolli. Sollicitandi ad hūc laborem erunt incertam adituri fortunā. Non poterat illis dici, quod beneficia dan tibus dicit. Cui dies elige ipse tecū. Si deceptus es, quare dignū adiūua. In liberis tollē dis nihil iudicio tollentū licet, tota res uoti est. Itaq; ut aequiore animo adirent aleā, dā da illis aliqua potestas fuit. Deinde aliqua cōdītio est parentū, qui beneficia, quibus de derunt

Alt. dices *

derunt, nihilominus daturi sunt. Nec est periculum, ne dedisse illos mentiantur. In certis queri debet, non tantum an receperint, sed an dederint. Horum in confessio merita sunt, & quia utile est iuuentuti regi, imposuimus illi quasi domesticos magistratos, sub quorum custodia continetur. Deinde omnium parentum unum erat beneficium. Itaque est mari semel potuit. Alia diuersa sunt & dissimilia, infinitis inter se interallis distantias. Itaque sub nulla regulâ cadere potuerunt. Cum aquius esset omnia relinquiri, quod omnia aequari.

Quodam magna dantibus constant, quadam excipientibus magna sunt, sed grata tribuentibus, quadam amicis data, quadam ignotis. Plus est, quamvis idem detur, si ei detur, quem nosse a beneficio incipit. Hic auxilia tribuit. Ille ornamenti, ille solatio. Inuenies, qui nihil putet esse iucundius, nihil maius, quod habe re in quo calamitas acquiescat. Inuenies rursus, qui dignitatem sua, quod securitatem suam consuli malit, & qui plus ei debere se iudicet per quem tutor est, quod ei per quem honestior. Proinde ista maiora aut minora erunt, prout fuerit iudex, aut ad haec, aut ad illa inclinatus animo. Praterea creditorem mihi ipse eligo. Beneficium saepe ab ipso accipio, a quo nolo, & aliquando ignorans obligor. Quid facies? ingratum uocabis eum, cui beneficium inscio, & si sciuissiter non accepturo, impositum est. Non uocabis eum, qui ut cunctum acceptum non redditum.

Aliquis dedit mihi beneficium, sed item postea fecit iniuriam. Vtrum uno munere ad patientiam omnium iniuriam astringor, an proinde erit, ac si gratiam retulerim? quia beneficium suum ipse in sequenti iniuria recindit? Quomodo deinceps est, de estimabitis? Vtrum plus sit quod accepit, aut in quo laesus est? Dies me deficiet, omnes difficultates persequi tentant. Tardiores inquit ad beneficia danda facinus non iudicando data, nec inficiatores eorum affiendo pena. Sed illud quoque tibi econtrario occurrit. Multo tardiores futuros ad accipiendo beneficia, si periculum causa descendae adiutri erunt, & innocentia sollicitiore habituri loco. Deinde erimus per haec ipsa quoque ad danda tardiores. Nemo enim libenter dat iniurias, sed quicunque ad beneficien dā bonitate iniurias est, & ipsa pulchritudine rei, etiam libentius dabit, nihil debiturus, nisi quod uolunt. Minus enim gloria eius officij, cui diligenter cautus est.

Deinde pauciora erunt beneficia, sed ueriora. Quid autem mali est inhiberi beneficiorum teneritate? Hoc enim ipsum secuti sunt, qui nullam legem huic committuerunt, ut circumspectius donaremus, circumspectius eligeremus eos, in quos merita coferuntur. Etiam atque etiā cui des considera. Nulla actio erit, nulla repetitio. Erras, si existimas succurrurū tibi iudicem. Nulla lex te in integrum restituet. Sos, iam accipientis fidem specta. Hoc modo beneficia auctoritate suam tenent, & magnifica sunt. Pollues illa, si materiali lito feceris. Aequissima uox est, & ius gentium pra se ferebant, redde quod debes, uitam in qua debet, dignitatem, securitatem, sanitatem. Reddi maxima queque non possunt. Aut pro his inquit, aliquid quod tanti sit. Hoc est quod dicebat, interitūta rei dignitatem, si beneficium mercem facimus. Non est incitandus animus ad auaritiam, ad querelas, ad discordiam, sua sponte in ista fertur. Quantū possumus restamus, & querentem occasione amputemus.

Vtinam quidem persuadere possemus, ut pecunias creditas tantum a uolentibus acciperent. Vtinam nulla stipulatio emptorem uenditori obligaret. Nec pacta conuentaque impressi signis custodiuntur. Fides potius illa feruaret, & aquilu colens animus. Sed necessaria optimis pratulerunt, & cogere fidem spectare malunt. Adhibent ab utraque parte testes. Ille per tabulas plurimum noia interrogatis pararijs facit. Ille non est interrogatione contentus, nisi rem manu sua tenuit. O turpe humani generis & fraudis, ac nequitiae publica confessione, anulis nostris, plusquam animis creditur. Inquit, isti uiri ornati adhibiti sunt. Hi inquit primuntur. Nempe ne ille neget accepisse se, quod accepit, hos incorruptos viros & iudices ueritatis existimas. At his ipsis non statim aliter pecunias committentur. Itaque non honestius erat, a quibusdam fidem falli, quam ab omnibus perfidiam timeri. Hoc unum deest auaritiae, ut beneficia sine sponso re non demus. Generosi animi & magnifici est iuare, & pdesse. Qui dat beneficia, deos imitantur, & repetit fecundatores. Quid illos dū uindicam, in turbā lordidissimā redigim? Plures inquit

Porte uincendo.

Plures inquit ingrati erunt si nulla aduersus ingratum datur actio, simo pauciores, quia maiore delectu dabunt beneficia. Deinde non expedit notum omnibus fieri, quod multi ingrati sint. Pudorem enim rei tollet multitudo peccantium, & definet esse probri loco commune maledictum. Nunquid iam illa repudio erit, postquam illustres quadam ac nobiles feminæ, non cōsulm numero, sed maritorum amos suos copulent, & excent matrimonij causa, nubunt repudijs. Tam diu istud timebat, quod diu raro erat. Quia uero nulla sine diuortio acta sunt. Quod saepe audiebant facere dididerunt. Nunquid iam ullus adulterij pudor est, postquam eo uentu est, ut nulla virum habeat, nisi ut adulterium uiteat. Argumentum est deformitatis pudicitia, quia iuuenies tam miseram, tam sordidam, ut illi satius sit unum adulterorum pars, nisi singulis diuisit horas, & non sufficit dies omnibus, nisi apud alium gestata est, apud alium manst. In firmata & antiquata est que nesciat matrimonij uocari unum adulterum. Queadmodum horum delictorum iam evanuit pudor, postquam res latius euagata est. Ita ingratos plures efficies & auctores, si numerare se cooperint.

Vid ergo? impunitus erit ingratus? Quid ergo? impunitus erit impius? Quid malignus? Quid auarus? Quid impotens? Quid crudelis? Impunitus tu credis esse, quae iniusa sunt? Aut ullum supplicium existimas publico odio? Poena est, quod non audet ab ullo beneficium accipere, quod non audit ulli dare, quod omnium designatur oculis, aut designari se iudicat, quod intellectum optimam rei ac dulcissimam amisit. An tu infelicem uocas, qui caruit acie oculorum, cuius aures morbus obstruxit? Non uocas miserum eum, qui sensum beneficiorum amisit? Tertes ingratorum omnium deos metuit. Vt illum & agit intercepti beneficij conscientia. Denique satis haec ipsa poena magna est, quod rei ut dicebam iucundissimæ fructum non percepit. At quem iuuat accepisse, aquila perpetuaq; uoluntate fruatur, & animus eius a quo accepit, non rem intuens gaudet. Gratuum hominem semper beneficium delectat, ingratum semel. Comparari autem potest utriusque uita. Cum alter tristis sit & sollicitus, qualis esse inficiator ac fraudulentus solet. Apud quem non parentum, qui debet honor est, non educatoris, non praceptorum. Alter laetus, hilaris, occasionem expectanda gratia expetens, & ex hoc ipso affectu gaudium grande percipies, nec quaerens quo modo, de quo, quare, sed quemadmodum pleniū uberiorum respondet, non solum paretibus & amicis, sed humilioribus quoque personis. Nam etiam si a seruo suo beneficium accepit, existimat non a quo, sed quod accepit.

Quodam queritur a quibusdam, sicut ab Hecatone, an beneficium dare serui domino possit. Sunt enim qui ita distinguunt. Quodam beneficia esse, quae domini officia, quodam ministeria. Beneficium esse, quod alienus det. Alienus est, qui potuit sine reprehensione cessare. Officium esse, filii, uxoris, & earum personarum, quas necessitudo sufficit, & ferre opem iubet. Ministerium esse serui, quem conditio sua eo loco posuit, ut nihil eorum quae praefat, imputet superiori. Praterea seruos qui negat dare aliquod beneficium, ignorans est iuris humani. Refert enim cuius animi sit, qui praefat, non cuius status. Nulli praefusa uirtus est, omnibus patet, omnes admittit, omnes inuitat, ingenuos, libertinos, seruos, reges, & exules. Non eligit domum, nec censum, nudo homine contenta est. Quid enim erat tunc aduersus repetitam? Quid animus magnus promitteret sibi, si certam uirtutem fortuna mutaret? Si non dat beneficium seruus domino, nec regi quisque suo, nec duci suo miles. Quid enim iter est, qualis quisque teneatur imperio, si summa tenetur? Nam si seruo quo minus in nomine meriti perueniat, necessitas obest, & patiens ultima timor, idem istud obstat, & ei qui regem habet, & ei qui ducem, quoniam quaque sub dispari titulo, paria in illis licet. At qui datur regibus suis, dant imperatoribus beneficia. Ergo & dominis potest seruus iustus esse, potest fortis, potest magnanimus. Ergo & beneficium dare potest. Nam & hoc uirtus est, ideoque dominis serui beneficia possunt dare, & ipsos saepe beneficij sui fecerunt. Non est dubium, quin seruus beneficium dare possit cuilibet, quare ergo non & domino suo possit.

c 2 Quia non pot

a. audaciores.

etiam regis
ondo, iudic
o, etiam, ma
am illi os

etiam regis
ondo, iudic
o, etiam, ma
am illi os

a. expectas

erunt ista
et beneficia pōt.

Corpa seruo
rū dñis obno
xia, mētes ue
ro sū iuris

Ait, uenit.

Homo am/
plissim⁹ etiā
fortuna cogi
tur aliquādo
indigere insi
mis.

Fidelitas
seruorū.

Qvia nō potest, inquit, creditor domini sū fieri, si pecunia illi dederit. Alioquin quotidie dominū suum obligat. Peregrinante sequit, & ego ministrat, & labore suo colit. Omnia tamē ista quæ alio præstante beneficia diceretur, præstante seruo, ministeria sunt. Beneficiū enim id est, quod quis dedit, cum illi liceret & nō dare. Seruus autē non habet negandi potestate, ita nō præstat, sed patet. Nec id te fecisse iactat, quod nō facere non potuit. Iam sub ista lege uincit, & eo pdūcam seruū, ut in multa liber sit. Interest, dic mihi si tibi ostendero aliquē seruum p salutē domini sui sine respectu dimicantē, & confossum uulnerib⁹, reliquias tamē sanguinis ab ipsis uitalibus fundentē, & ut ille effugiendi tēpus habeat, moram sua morte quarentē, hunc tu negabis beneficiū dedisse, quia seruus est. Si tibi ostendero aliquem, ut secreta dñi prodat, nulla tyranni pollicitatione corruptū, nullis territū minis, nullis cruciatib⁹ uitium, auerteritis quantū potuerit, suppositiones querētis, & impenditib⁹ spiritū fidei, hunc tu negabis beneficiū dñi dedisse, quia seruus est. Vide ne eo maius sit, quo rari⁹ est exemplum uirtutis in seruis, eoc⁹ gratius qđ cum ferre inuisa imperia sint, & omnis necessitas graui⁹, comune seruū odīū in aliquo domini charitas uicit. Ita nō ideo beneficiū non est, quia a seruo pfectū est, sed ideo maius, qđ dererere ab illo nec seru⁹ quidē potuit.

Erat siquis existimat seruitutē in totum hoīem delendere. Pars melior eius excepta est. Corpora obnoxia sunt & ascripta dominis. Mens quidē sui iuris, quæ adeo libera & uaga est, ut ne ab hoc quidem carcere cui inclusa est teneri queat, quo minus impetu sua uratur, & ingentia agat, & in infinitū comes coelestib⁹ exeat. Corpus itaq; est qđ domino fortuna tradidit. Hoc emit. Hoc uendidit. Interior illa pars mancipio dari nō potest. Ab hac quicquid uenit, liberū est. Non em aut nos omnia iubere possumus, aut in omnia serui parere coguntur. Contra rem publicā imperata nō facient. Nulli sceleri manus commadabunt.

Qvædam sunt quæ leges nec tubēt, nec uetant facere. In his seruus materialē beneficiū habet. Qđ uia præstat, qđ a seruis exigi solet, ministeriū est. Vbi plus qđ quod seruo necesse est, beneficiū. Vbi in aff. cū amici transit, definit uocari ministeriū. Est aliiquid quod dñs præstare debeat, ut cibariū, uestiarū. Nemo hoc dixit beneficiū, ut indualit. Liberaliter educavit. Artes qbus erudiuntur ingenui, tradidit, beneficiū est. Idem econtrario fit in psona serui. Quicquid est qđ seru⁹ lis offici⁹ formulā excedit, quod nō ex imperio, sed ex uoluntate præstatur, beneficiū est. Si modo tantū est, ut hoc uocari potuerit, qualibet alio præstante.

Seruus (ut placet Chrysippo) ppetuus mercenarius est. Quæadmodū ille beneficiū dat, ubi plus præstat qđ quod operis locauit. Sic seruus ubi beniuolentia erga dñm fortunæ suū modū transit, & altius aliqd aulus, qđ etiam felicis nato decori esset, & spem dñi antecepsit, beneficiū est intra domū inuentū. An æquum tibi uideatur, qbus si minus debitis faciant, irascimur, nō haberi gratiā, si plus debito solitoq; fecerint? Vis scire qndo nō sit beneficiū? Vbi dici pōt, quid si nolle? Vbi uero id præstat, qđ nolle licuit, uoluisse laudandū est. Inter se cōtraria sunt, beneficiū & iniuria, pōt dare beneficiū dñi, si a domino iniuriā pōt accipere. Atqui de iniuriis dominis in seruis, qui audiat, positus est, q& facultat⁹ & libidinē, & in præbendis ad uictum necessariis auraritā cōpescat. Quid ergo beneficiū dñs a seruo accipit? imo homo ab hoīe. Deniq; id in ilius p̄tētē fuit, fecit. Beneficiū dñō dedit. Ne a seruo accepēris, in tua p̄tētē est. Quis aut tantus est, quē nō fortuna indigere etiā infimis cogat? Multa iam beneficiorū genera re seram & dissimilia, & quædā inter se cōtraria. Reddit aliquis dñō suo uitā, dedit mortē, seruū peritū, & hoc si parū est peiūdū seruū. Alī⁹ mortē dñi adiuit. Alī⁹ decepit.

Claudius Quadrigarius in secundo & uicefimo annaliū tradit, qđ cū oblideref Drumentū, & iam ad summā desperationē uentū esset, duos seruos, ad hostē transfigisse, & operepræciū fecisse. Deinde urbe capta, passim discurrente uiuore, illos p̄ nota itinera ad domū in qua seruierant præcucurritisse, & dominā suā ante se agisse, & querētibus quāna esset, dominā & quidē crudelissimā ad suppliciū ab ipsis duci, p̄fessos esse. Educta deinde extra muros sumā cura celasse, donec hostilis ira cōcideter. Deinde ut satiat⁹ miles ad romanos mores cito rediit, illos quoq; ad suos redisse,

redisse, & domini sibi ipso dedisse. Manumisit utrūq; e uestigio illa, nēc indignata est ab his se uitam accepisse, in quos uita necisq; potestate habuisset. Potuit sibi hoc uel magis gratulari. Alterū autē seruata, minus nota & vulgaris clemētia habuisset. Sic seruata nobilis familia, & exēplū duarū urbū fuit. In tanta cōfusione captae ciuitatis, cū sibi quis cōsuleret, oēs ab illa præter transfigas fugierūt. At hi, ut ostenderet quo animo facta esset prior illa transitio, a uictoribus ad captiuū transfigerunt, plonā parricidae ferētes. Qđ in illo bñficio maximū fuit, tanti iudicauerūt, ne dna occideret, quāti uideret dñm occidisse. Nō est, mihi crede, nō est seruū animi, egregiū factū fama lceleris emisse.

Atenus prætor Marsorum ducebatur ad Romanū imperiū. Seruus eius gladium militi ipsi, a quo trahebatur eduxit, & primum dominū occidit. Dein

de tempus est, inquit, me & mihi consulere, iam dominū manumis, atq; ita se uno iētu transegit. Da mihi quēq; qui magnificensū dominū seruauerit?

COrfiniū Cæsar oblidebat. Tenebat inclusus Domitius. Impauit medico, eidec⁹ qđ seruo suo, ut sibi uenenū daret. Cū tergiuersante eum uideret, quid cūctaris, inquit, tanq; in tua p̄tētē totū istud sit: morte rogo armatus. Tum ille pmisit, & medicamentū innoxīū bibendū illi dedit, quo cū sopitus esset, accepit ad filium eius, lube me, inquit, seruari, dū ex euētu intelligis, an uenenū patri tuo dederim. Vixit Domitius, & seruatus a Cæsare est. Prior tamen illum seruū seruauerat.

BEllo ciuili proscriptum dominū seruū abscondit, & cum anulos eius sibi aptas set, ac ueste indūset, spiculatuū occurrit, nihil se deprecari, quo minus imperata peragerent, dixit, & deinde ceruicem porrexit. Quantū uiri est pro domino eo tempore mori uelle, quo erat rara fides, dominū mori nolle etiā publica crudelitate. Item inueniri in publica perfidia fidem, cum præmia pditionis ingentia ostendantur, præmium fidei, mortem concupiscere.

Nostri facili exempla nō præterib⁹. Sub Tiberio casare fuit accusandi frequēs & pene publica rabies, qua omni ciuili bello graui⁹ togatam ciuitatem confe cit. Excipiebatur ebrio⁹ sermo, simplicitas iocantū. Nihil erat tutū. Omnis seruū uenidi placebat occasio. Nec iā reorū expetebat euentus, cum esset unus. Cœnabat Paulus prætorius in cōuiuio quodā, imaginē Tiberij cæsaris habens excultam, eminente gemma. Rem ineptimū fecero, si nunc uerba quasiero, quēadmodū dicam illū matellā sumpsiſſe. Quod factū simul & Maro ex notis illius tēporis uestigatorib⁹ no tauit, & seruus eius quo necebat̄ in siðia, ei ebrio anulū extraxit. Et cū Maro coniuas testaret admotā esse imaginē obsconis, & iam subscriptionē cōponeret, ostēdit in manu sua seruū anulū. Si quis hunc seruū uocat, & illum coniuam uocabit.

Sub diu Augusto nondū hominū uerba sua pericula erat, iā Molesta Ruffus uir ordinis senatorij inter coenā optauerat, ne Cæsar saluus rediret, ex ea peregrinatio quæ parabat, & adiecerat idē oēs & tauros & uitulos optare, fuerunt qui illa diligenter audirent, ut primū diluxit, seruus, qui coenāti ad pedes steterat, narrat quæ inter coenā ebrios dixisset. Morta ētū, ut Cæsarē occuperet, atq; ipse se deferat. Vt sū cōsilio, descendenti Cæsarē occurrerit. Et cū malā mente habuisse se pridie iurasset, id ut in se & filios suos recideret, optauit, & Cæsarē ut ignoscet sibi, rediretq; in gratiā secū regauit. Cū dixisset se Cæsar facere, Neto, inqt, credet te meū in gratiā redisse, nīli aliqd mihi donaueris. Petitiō nō fastidiā & ppitio sumā, & impetravit. Cæsar ait, mea caufa dabo opera, ne unq; tibi irascar. Honeste Cæsar qđ ignouit, qđ liberalitatē clemētia adiecit. Quicquid hoc audiuerat exēplū, necesse ē Cæsarē laudet, sed cū seruū an laudauerit, nō expetas, ut tibi narrē manumisit, qđ hoc fecerat, pecunia, p libertate ei⁹ Cæsar nūerauit.

Post tot exempla nō est dubitū, qui beneficiū aliquando a seruo dominus accipiat, quare potius psona rem minuat, qđ psona res ipsa cohonestet. Eadē oībus principiā, eadēq; origo. Nemo altero nobilior, nīli cui rectius ingenuū, & artib⁹ bonis aptius. Qui imagines in atrio exponūt, & noīa familiā sua longo ordine ac multis stēmatū illigata flexuris in parte prima adiūtū collacat, noti magis qđ nobiles sūt. Vnus oīm parens mūdus est, siue p splendidos, siue p fordidos gradus, ad hūc prima cu iusq; origo pducit. Nō est, qđ te isti decipiāt, qui cū maiores suos recensent, ubiq; fecit

Non longa
stemmatū le
ries, sed in
geniū felicitas
nos genero/
fis reddit.

c 3 nomen illustre,

*
tāt domi
nū singū

nomē illustre, illo tdomini fugiunt. Nemini despexeris, etiā si circa illū obsoleta sunt no-
mina, & pars indulgere adiuta fortuna. Siue libertini ante nos habent, siue serui, siue ex-
terari gentiū hoies. Erigite audacter animos, & quicquid in medio sordidi facet, trans-
lite. Expeçat uos in summo, magna nobilitas. Quid supbia in tantā uanitatē attollimur,
ut beneficia a seruis indignemur accipere, & sorte eorū spectemus obliti meritōrum. Seruū
tu quenq; uocas libidinis & gulae serui, & adulter, imo adulterariū cōmune mācipiū.
Seruū uocas queq; tu quo tandem ab istis gerulis raperis, cubile istud tuū circūferētibus.
Quo te penulati isti in militē quidē nō uulgare cultū subornati. Quo inq; te isti efferrūt
ad hostiū alicuius hostiarij, ad horitos alicuius, ne ordinariū quidē habentis officium. Et
deinde negas tibi bñficiū a seruo tuo posse dari, cui osculū alieni serui beneficiū ē. Quae
est tāta animi discordia, eodē tpe seruos despicias & colis. Impolos intra limen atq; impo-
tens, hūlis foris & tā cōceptus, q̄ cōtēnisi. Nec em illi magis abijsiunt anios, q̄ q̄ impro-
be tollit. Nulliq; ad calcādios alios pariores, q̄ cōtūmē facere, accipiendo dīciderēt

Dicenda hac fuerunt ad cōtemnendā insolentia hoīm ex fortuna pendētūm,
uindicandūg ius bñficij dandi a seruis, ut a filiis quoq; uindicaref. Quarit
em, an aliquando liberī maiora beneficia dare parentibus suis possint, q̄ acce-
perint. Illud cōcedit multos filios maiores potentioresq; extitisse, q̄ parentes
suos, eocq; illis, meliores fuisse. Quod si costat, potest fieri, ut meliora tribuerint, cū & for-
tuna illis maior esset, & melior uoluntas. Quicquid, inquit, est, quod det patri filius, utiq;
minus est. Quia hanc ipsam dandi facultatē patri debet. Ita nunq; beneficio uincit, cuius
beneficiū est ipsum, quod uincit, prīmū quēdā initū ab alijs trahunt, & tamē initij suis
maiora sunt. Nec ideo aliiquid nō est maius eo qđ coepit, quia nō potuisse intantū p̄ce-
dere, nisi coepisset. Nulla nō res principia sua, magno gradu trālit. Semina omniū rerum
causæ sunt, & tamē minima pars sunt eorū, qua gignunt. Aspice Rhenū, aspice Eufra-
tem, oēs deniq; inclytos amnes quid sunt, si illos illuc uenient, & stimes. Quicqd est
quo timent, quo nominant, in procello parauerunt, tolle radice, nemora nō surgent, nec
tantū montes uextiunt. Aspice trabes, siue pceritatem & stimes altissimā, siue grossitudinem
spatūg ramorum latissime fusas, quantulū est his cōparatū illud, quod radix tenui fibra cō-
pleteatur. Innituntur fundamentis suis templa, & illa urbēs moenia, tantū quæ in firmamē
tum totius operis iacta sunt, latent. Idem in ceteris evenit. Principia sua semper sequens
magnitudine obruit. Non potuisse quicq; consequi, nisi parentum beneficium antecē-
sisset. Sed non ideo quicquid consecutus sum, minus est eo, siue quo cōsecutus nō essem.
Nisi me nutrix aliusser infante, nihil cor, quæ cōsilio ac manu gero, facere potuisse, nec
in hanc emergere nois claritatē, quæ ciuii ac militari industrīa merui. Nungā tamē ideo
maximis opib; prafieres nutritiū officiū. Ad quid interest, cum æque sine patris benefi-
cio, q̄ sine nutritiū fomento, non potuerim ad ultiora procedere?

Quod si initio meo quicquid iam possum debo, cogita nō esse initium mei pa-
trem, nec autū quidē. Semp em ulterius aliquid, ex quo originis p̄ximā origo
descēdat. At qui nemo dicit, plus debere ignotis, & ultra memorīa positis mai-
oriibus, q̄ patrī. Plus autē debo, si hoc ipsum quod genuit me pater meus, ma-
ioribus suis debet. Quicquid præstisti patrī, etiā si magnus est, infra astimia-
tionem pars muneriū est, quia non essem, si nō genuisset. Isto modo etiā si quis patrē metū
agrum ac moritū sanauerit, nihil præstare ei potero, quod nō beneficio eius minus sit.
Non em genuisset me pater, nisi natus esset. Sed uide, ne illud uerius sit astimari. An id
quod potuit, & id quod fecit, meū sit, meā uirū, meā uoluntatis. Illud quod natus sum,
ipsi intuere quale sit. Animaduertis exigū & incertū, & boni maliciū cōmūnē materiā, si
ne dubio p̄mū ad oīa gratū. Sed nō ideo maiore oībus, quia p̄mū est. Seruū patrem
meū, & ad summū p̄uexi dignitatē, & principe urbēs suā feci, nec tantū rebus a me gestis
nobilitati, sed ipsi quoq; gerendarū ingentē ac facilē, nec tutam minus q̄ gloriolum dedi
materiā. Honores, opes quicquid humanas ad se animus rapit, cōgesisti, & cū supra omes
flare, infra illū steti. Dic nūc, hoc ipsum, q̄ ita potuisti, patris munus est. Respondebo ti-
bi, & prorsus, si ad ista facienda nasci fatis est. Sed si ad bene uiuendum minima portio est
uiuere, & id tribuisti, quod cum seruis mihi, & animalibus quisbusdam minimis, etiam so-
dissimilis

dissimili cōmūne est, nō tibi afferere, qđ non ex tuis beneficiis, sed etiā sine tuis oritur.
Puta me uitā pro uita reddidisse. Sic quoq; munus tuū uici, cū ego dederim sententi sen-
tientis me dare. Cū uitā tibi nō uoluptatis meā cauſa, aut p̄ uoluptatē dederim. Cum tāto
maius sit retinere spiritū, q̄ accipere, quanto leuius mori ante mortis mōetum.

Ego uitam dedi statim illa usuro. Tu ne fūcturo, an uiuere. Ego uitā dedi, mortē ti-
menti. Tu uitā dedisti, ut mori possem. Ego uitā tibi dedi colummatā, pfectā. Tu
me expertē rōnis genuisti, onus alienū. Vī scire q̄, non sit magnū beneficū, uitā
sic dare. Si expolus es, nempe iniuria erat genuisse. Quo quidē colligo, minimū
esse beneficū patris, matrisq; cōcubitū, nisi accesserint alia, quā p̄lequerent hoc initium
muneris, alij officiis ratū facerent. Nō est bonum uiuere, sed bene uiuere. At bene uiuo,
sed potui & male. Ita tamē hoc est tuū, qđ uitā. Si uitā imputas mihi p̄ se nudā, egentem
cōsilij, & id ut magnū, bonū, factas, cogita te mihi imputare multasq; ac uermū bonum.
Deinde ut nihil aliud dicam, q̄ bonis artibus me studiisse, ut cursum ad rectum iter ui-
ta dirigerem, ipso beneficio maius q̄ p̄ dederas, recepisti. Tu enim me mihi rōdem & im-
peritum dedisti, ego tibi filium, qualē genuisse gaudebas.

Aluit me pater, si id p̄fēto, plus reddo, quia nō tantū aluisse, sed a filio ali ga-
det, & maiore ex animo meo, q̄ ex ipso re percipit uoluptatē. Illius alimēta ad
corpus tantū meū puenerunt. Quid siquis in tantum p̄cessit, ut aut eloquentia
per gentes noteferet, aut iustitia, aut bellicis rebus, & patri quoq; ingentē cir-
cumfunderet famā, tenebrasq; nataliū suorum clara luce discuteret, non inestimabile in
parentes suos beneficium contulit. An quicq; Arifontem & Gryllum, nisi propter Xeno-
phonem ac Platonem filios nōsset? Sophroniscum Socrates expirare non patitur. Cæ-
ters enumerare longum est, qui uiuant ob nullam causam aliam, q̄ q̄ illos liberorū exi-
mia uirtus tradidit posteris. Vtrum maius beneficū dedit. M. Agrippa pater, nec post
Agrippā quidē notus? An patri dedit Agrippa, naualī corona insignis, unicum adeptus
inter dona militaria decus, qui tot in urbe maxima opera excitauit, quā & priorem ma-
gnificientia uicerent, & in illa hostes uincerentur. Vtrum Octavius maius ullum benefi-
ciū dedit filio, an patri diuus Augustus, q̄ quis illū umbra adoptiū patris absēdit. Quan-
tā accepisset uoluptatē, si illum post debellata arma ciuilia, uidisset secura paci p̄fiden-
tem, non agnosces bonū sui, nec satis credens, quotiens respexisset ad se, potuisse illum
uirum in domo sua nasci. Quid nunc cateros prosequar, quos iam cōscriptiūset obliuio,
nisi illos filiorū gloria & tenebris eruissent, & adhuc in luce retinerent? Deinde quāram, nū
qd fili patrī maiora bñficia reddiderit, q̄ a patre accepit. Sed an posset alijs maiora red-
dere, etiam siqua retulī exempla, nondū satifaciunt, nec beneficia parentum suorum sup-
plicat. Capit tamē hoc nostra, q̄ nondū ulla atas tulit, si singula paternorum meritorum
magnitudinē exuperare non possum, plura in unum congrega superabunt.

Seuauit in bello matrē Scipio, & pratextatus in holtes equū cōcītat, pars est, q̄ ut
gueniret ad patrē. Tot pīcula, maximos duces, tot eū maxie pīmetia contēpsit, tot
oppositas difficultates, q̄ ad primā pugnā exitur? Tyro p̄ veteranoz corpora cucur-
rit, q̄ annos suos trāstulit. Adiçce ut idē patrē reū defendat, & cōspīratioi inimico-
ru potētiū eripiat. Vt alterz illi cōstatut, ac tertū alioſq; honores etiā cōsularibus cōcupi-
scēdos cogerat, ut paupi raptas bellī iure opes tradat. Et qđ est militaribus uiris speciosiſ
simū, diuitē illū spoliis etiā hostilib; faciat. Si adhuc parū est, adiçce ut puincias, & extra
ordinaria impia cōtinuet. Adiçce ut dirutis maximis urbib;, Romanī imperiū sine ambo-
li adortus occasusq; uenturi defensor & cōdītor, maiore nobilitatē nobili uiro adiçiat.
Dic Scipionis parem, haud dubiū est, quin generandi uulgare beneficū uicerit eximia
pietas, & uirtus. Ipsi urbī nescio, utri maius präsidium afferens, an decus.

Dinde si hoc pagē ē, finge aliquē tornēta patris discūlisse, finge i se trāstulisse,
licet tibi inquātū uelis extēdere beneficia filij, cū paternū mun? & simplex sit
& facile, nec dāti uolūtariū. Quid neceſſe est multis, dedit etiā quibus dedisse
se nescit. In quo cōsortē haber, in quo spectauit legē patriā, præmia patrum, do-
minus ac familiē ppetuitatē, oīa potius, q̄ ei cui dabit. Quid liquis sapientiā cōsecut⁹, hāc
patri tradiditerit, etiā nunc disputabimus, an maius aliquid dederit q̄ accepiterat, cū uitam
beatam patri

taliū imputas

Partes alio/
qui mortales
nōnūc a si
līs immor-
tate dona/
buntur,

Non in me
diu literatura
pmoueris, ni
fi factis fida
mentis.
beatam patri reddiderit, acceperit tantum uitam? Sed patris, inquit, beneficium est, qui
quid facis, quicquid tradiderit illi potes. Et præceptoris mei, quod institutis liberalibus, p
feci. Ipsos tamē qui tradiderūt illa transcendimus, utiq; eos, qui prima elemēta docuerūt,
& q̄uis sine illis nemo quicq; assequi posset, non tamen quātūm c̄q; quis affsecutus est,
intra illos est. Multum inter prima ac maxima interest. Nec ideo prima maximorum in
star sunt, quia sine primis maxima esse non possunt.

Tam tempus est quādum ex nostra (ut ita dicam) moneta proferri. Siquid melius
uita est, & a patre sola uita dāt, pōt beneficis a filio uinci pater. Qui id beneficium
dedit, quo est aliquid melius, potest uinci. Pater dedit filio uitam. Est autē aliquid
uita melius. Ita pater uinci potest, quia dedit beneficium, quo est aliquid melius.
Etiam nunc qui dedit aliquid uitam, si semel & iterum liberatus est mortis periculo, maius
accipit beneficium, q̄ dedit. Pater autē uitā dedit. Potest autē si səpius pīculū mortis libe
ratus a filio fuerit, maius beneficium accipere, q̄ dedit. Qui beneficium accipit maius accipit,
qua magis eo indiget. Magis autē indiget uita qui uiuit, q̄ qui natus nō est, alias quod ait,
uel inquit, ut qui ne indigere quidem omnino possit. Maius ergo beneficium accipit pa
ter, si uitam a filio accepit, q̄ filius a patre, eo quod natus est. Patris beneficia uinci a filiis
beneficis non possunt. Quare, quia uitam accepit a patre, quam nisi accepisset, nulla da
re beneficia potuissent. Hoc cōmune est patri cum omnibus, qui uitam dederunt alicui.
Non potuissent enim referre gratiam, nisi uitam accepissent. Ergo nec medico in maius
gratia referri potest. Solet enim medicus uitam dare, Nec nauta, si naufragū sustulit. At
q̄ & horum aliorum, qui aliquo modo nobis uitam dederunt, beneficia uinci possunt.
Ergo & patrum possunt. Si quis mihi beneficium dedit, quod multorum beneficis adiu
vandum eset, ego autem beneficium illi dedi, id quod nullius adiutorio egeret, maius de
di q̄ accepi. Pater filio uitam dedit peritram, nisi multa accessissent, quae illam tueretur.
Filius patri si dedit uitam, dedit eam, qua nullius desyderaret auxilium, in hoc, ut perma
neret. Ergo maius beneficium accepit a filio pater, qui uitam accepit, q̄ illi dederit.

Hec non destruunt parentum ueneratione, nec deteriores illi liberos faciunt,
immo etiam meliores. Natura em̄ glorioſa uirtus, & anteire priores cupit. Ala
crior erit pietas, si ad reddenda beneficia cum uincendi spe uenerit, id si patris
bus idem uolentibus legibusq; contigerit (quoniam plarac̄ sunt, in quibus no
stro bono uincimur) unde certamen tam optabile, unde tantam felicitatem parentibus,
ut fateantur seipso filiorum beneficis impares, nī hīc ita iudicamus. Excusationē da
mus liberis, & illos segniores ad referendam gratiam facimus, quibus stimulos adjicere
debemus, & dicere. Hoc agite optimi iuuenes, postea est inter parentes ac liberos hone
sta contentio, dederint maiora, ac reperient. Non ideo uicerunt, quia occupauerūt. Su
mite modo animū, qualem decet, & deficie nolite, ut uincatis optantes. Nec defūt tam
pulchro certaminī duces, qui ad similia uos cohortentur, ac per uestigia sua ire ad uicto
riam saepe iam peractam ex parentibus iubent.

Aeneas pie
tas.

Al. discidisse.

Vicit Aeneas patre, ipse, cuius infātia leue tutūq; gestamē, graue senio, p media
hostiū agmina, & p cadētis circa se urbis ruinas ferēs. Cū cōplexus sacra ac pe
nates deos religiosus senex non simplici uadente sarcina premeret, tulit illū p ignes. Et qd nō pietas pōt, prulit, colendūq; inter cōditoris Romani imperij
posuit. Vicere Siculi iuuenes, cū Aetna maiore uī pagitata in urbes, in agros, in magnam
insulā partē effusisset incēdū, uexerūt parentes suos, descedisse creditū est ignes, & utrin
q̄ flama recedēt. Limite adaptūt, p̄ q̄ trāscurreret iuuenes dignissimi, qui magna tui
to auderēt. Vicit Antigonus, qui cū ingēti prælio superasset hostē, pramū bellū ad patrem
transtulit, & imperiū illi Cyprī tradidit. Hoc est regnū, nolle regnare, cū possis. Vicit pa
tre imp̄ isolū quidē Manilius, qui cū ante ad tēpū relegatus eset a patre, ob adolescen
tiā brūtā ac hebetē, ad tribunū plebis, qui patrī luo dixerat diem uenit, petitoq; tempore
quod ille dederat, sperans fore proditorē parentis inuiti, & bene meruisse se de iuue
ne credebat, cuius exilium pro grauissimo crimen inter alia Manilio obiiciebat; nactus
adolescens fecerit, strigit occultatum sinu ferrum, & nīs iuras, inquit, te diem patri
remissum, hoc te gladio transfodiam. In tua potestate est. Vtrum pater meus accusa
torem noti

torem non debeat. Iurauit tribunus, nec se fessellit, & causam accusationis remissa concio
ni reddit. Nulli alijs licuit impune tribunum in ordinem redigere.

*
In ordine red
digere.

Alia ex alijs exempla sunt corum, qui parentes suos periculis eripuerāt, qui ex
infimo ad summū protulerūt, & e plabe, aceruoq; ignobilis nūc tacendos sa
culis dederunt. Nulla uī uerborum, nulla ingenij facultate exprimi pōt, quan
tum opus fit. q̄ laudabile, q̄q nūc a memoria hominū exiturū, posse hoc di
cere. Parentibus malis parui, cessi imperio eorum, siue x̄quum, siue iniquū fuit, obsequē
tem submissumq; me prabui, ad hoc unum contumax fui, ne beneficiis uinceret. Certa
te obsecro uos, & fessi quoq; restituete aciem. Felices, qui uicerit. Felices, qui uincentur.
Quid eo adolescentē præclarus, qui sibi ipsi dicere poterit, neq; enim fas est alteri dice
re. Patrem meum beneficiis uici. Quid eo fortunatus sene, qui omnibus ubiq; prædicta
bit, a filio suo se beneficiis uitum. Quid autem est felicis, q̄ ibi cedere?

Libri Tertiū de Beneficiis finis.

LVCII ANNEI SENECAE DE BENEFICIIS LIBER Q. VARTVS.

Ex omnibus que tractauim⁹ Eburi Liberalis pōt uidēri nihil rā necessaria,
rūt, aut magis (ut ait Salustius) cū cura dicendū, q̄ quod in manib⁹ est.
An beneficium dare, & inuicē gratiam referre, per se res expetendā sint.
Inueniūt qui honesti in mercedem colant, quibusq; non placeat uirtus
gratuita, qua nihil habet in se magnificū, si qc̄q; habet uenale. Quid em̄ ē
turpius, q̄ aliquē cōputare, quātū uī bonus sit, cū uirtutem nec lucrum inuitet, nec abs
terret damnum. Adeoq; nemī spe ac pollicitatione corruptat, ut cuncta in se impen
dere iubet, ac səpius in ulti tributis. Calcatis utilitatibus ad illam eundum est, quo
cūq; vocauit, quoctūq; misit, sine respectu rei familiaris. Interdum etiam sine ulla sangui
nis sui parsimonī uadendum, nec unq; imperium eius detrectandum. Quid consequar
inquit, si hoc fortiter, si hoc grāte fecero. Quod feceris, nihil tibi extra promittē, si quid
forte obuertūt cōmodi, inter accessiones numerabis. Rerum honestarum precium in
ipsis est. Si honestū p̄ se expetendū est. Beneficium autē honestū est. Nō pōt alia eius cōdi
cio esse, cū eadē natura sit. Per se autē expetendū esse honestū, sape & abunde, p̄batū est.

In hac parte nobis pugna est, cum Epicureorum delicate & umbratica turba, in cō
uiuo suo philosophantū, apud quos uirtus uoluptatum ministra est. Illis paret, il
lis deseruit, illas supra se uidet. Non est, inquit, uoluptas sine uirtute. Sed quare an
te uirtutem est. De ordine disputas. Disputationē esse oportet de re tota, & de po
testate eius ambigitur. Non est uirtus, si sequi potest. Primæ partes eius sunt, ducere dei
bet, imperare, summo loco stare. Tu illam iubes signum petere? Quid, inquit, tua refert?
Et ego nego sine uirtute beatam uitam posse confitare. Ipsam uoluptatem, quam sequor,
cū me mācipauit, remota illa improbo & damno, de hoc uno disputatur. Vtrum uirtus
sumū boni causa sit, an ipsa sumū bonū? Ut hoc unum quāratur, ordinis tantū existi
mas mutationem. Ista uero confusio est, & manifesta caccitas, primis postrema præferre.
Non indignor, quod post uolupratem ponitur uirtus, sed quod omnino cum uoluptate
conferatur. Contemptix cuius & hostis est, & longissime ab illa resiliens, labori, ac dolo
ri familiarior, uirilibus incōmodis magis, q̄ iſi effeminato bono inferenda.

Hac mi Liberalis dicenda fuerunt, quia beneficium (de quo nunc agitur) dare,
uirtutis est, & turpissem id causa illius alterius rei dare, q̄ ut datum sit. Nam
si recipiēdī spe tribueremus, locupletissimo cuiq;, nō dignissimo daremus. Nūc
uero diuiti importuno, pauperem præferimus. Non est beneficium, quod ad for
tunam spectat. Praterea si ut prodestemus, sola nos inuitaret utilitas. Minime beneficia
distribuere deberent, qui facilime possent, locupletes, & potētes, & reges, aliena ope nō
indigentes. Dī uero tot munera, quaē sine intermissione diebus ac noctibus fundūt, nō
darent. In omnia em̄ illis natura sua sufficit, plenofq; & tūtos & inuiolabiles præstat. Nūl
lī ergo beneficium dabunt, si una causa est se intueri, ac cōmodū suū. Iſtud nō est beneficium,
sed fons, circūspicere, nō ubi optime ponas, sed ubi quas fuōissime habeas, unde facili
me tollas. Qd cū lōge a dijs remotū sit, sequit ut liberales sint. Nā si una beneficij dandi
causa sit utilitas, nulla autē ex nobis utilitas deo sperāda est, nulla deo dādi bñficij causa ē.

Sēlo quid

Scio quid hoc loco respondeam. Itaque non dat deus beneficia, sed securus & negligens nostri, auersus a mundo, aliud agit, aut (qua maxia Epicuro felicitas uidet) nihil agit. Nec magis illū beneficia, & in iuris tangit. Hoc quod dicit, non exaudi p̄ dicantū uota, & undicū sublati in cœlū manibus, uota facitibus priuata geri ac publica. Quod profecto non fieret, nec in hunc furore omnes profecto mortales con sensissent alloquēdū furda numina, & inefficaces deos, nisi noscerent illorū beneficia nūc oblata, nūc orantibus data, magna, tempestiuā, ingentes minas intereuēt suo soluētia. Quis est itaque tam miser, tam neglectus, quis tam duro fato, & in poenā genitus, ut non tantā deorū munificientia senserit? Ipsos illos cōporantes fortē suam, & querulos circū spicere. Inuenies non ex toto beneficio cœlesti expes. Nemine esse ad quē nō aliquid ex illo benignissimo fonte manauerit. Parum autē id, quod nascētibus ex aequo distribuit, ut quae sequuntur in aequali dispensata mēlura trāseamus. Parū dedit natura, cū se dedit.

